


BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
3 D
2

IOSEPHI
DE IVLIIS
IN BIBLIOTHECA VATICANA

ET IN

COLLEGIO VRBANO DE PROPAGANDA FIDE

Græcarum Literarum Interpretis

MANVDVCTIO
AD
LINGVAM GRAECAM



ABBATI

STEPHANO GRADIO

BIBLIOTHECAE VATICANAE

PRAEFECTO

Nuncupata.





ROMÆ, M. DC. LXXXI.

Ex Typographia Nicolai Angeli Tinassij.

Superiorum permissu.

Illuſtriſsimo, & Reuerendiſsimo

ABBATI
STEPHANO GRADIO

Ioſeph de Iulijs Felicitatem.

*VM inſtitutum, ordinemq; noſtrũ tradendi rudimenta Literarum Græcarum communicatum à me tecum ſæpenumero, Vir ampliſſime* Stephane Gradi, *probari tibi non mediocriter intelligam; cùmque cauſas huius tui iudicij, breuitatem ſcilicet, ſimplicitatemque delecta mihi in hoc exequendo propoſito methodi, mecum ipſe reputo, incredibile dictu eſt, quanta perfundar animi voluptate, quàmq; effusè mihi placeam, mihiq; gratuler; proptereaquòd accedente grauiſſimo tuo calculo, de probitate qualiſcumque huius mei conatus amplius dubitare non debeo.*

Nec verò de huiuſmodi tua cenſura



non omninò securus esse debui, cùm veniret in mentem eorum, de quibus te non semel audivi in re haud paulo, quàm hæc nostra sunt, maiore, et graviore, disputantem, cùm de momentis humanorum consiliorum, rectaq. per ea de bonis & malis deliberandi ratione expedienda, verissimæ cuiusdam altissimæque philosophiæ præcepta dares, quæ nuper in iustum hoc de genere coniecisti Tractatum: qua scriptione & meo & optimi cuiusque iudicio, nihil plenius, uberius, & solidius est. Hìc Tu inter alia multa graviter & acutè pronũciata, magni interesse ais, quomodo ea, de quibus disputare contingit, auditoribus, aut lectoribus proponantur: id enim si rectè, & ordine fiat, non multis in progressu disputationis distinctionibus, aut divisionibus opus esse, quas tu admodum eleganter nihil aliud videri affirmas, quàm pharmaca quædam, atque un-

guen-

guenta ad medendum definitioni minus rectè proposita, comparata.

Hoc idem usu venire in regulis quacunque de re tradendis, quibus, ut alia plurima, sic loquendi, & interiores animi sensus oratione promendi doctrina comprehenditur; ut si recta cum ratione concepta sint, primò non magnum earum numerum contingat esse; deinde paucas et plerumque nullas exceptiones ad propositam veritatem integrè tenendam desiderēt; quare tum perspicuitati egregia consulitur, tùm brevitati, quarū ope discentes hoc assequentur, ut facilem, & expeditum sibi successum in suscepta disciplina cursu promittant, alacriterq. et cum fiducia in ediscendis suæ artis præceptis versentur.

Non dubito, quin hoc idem omnibus Græcæ Linguæ doctoribus propositum fuerit, & quin industriam quisque suam in eo promovendo, laboremque stu-

ſtudioſè contulerit. Sed nobis longo decem annorum experimento patuit, adhuc æquo longiora, & operoſiora Tyronibus videri, quæ in hoc genere, in ipſo artis limine, vulgò traduntur, multaque ſupereſſe, quibus amputatis in præſens multitudo regularum caſtigari commodè poſſit, ipſaque adeò ars, ac diſciplina planior, & expeditior, eiuſque tractatio gratior, & iucundior fieri.

Cùm igitur per totũ, quod iam dixi, temporis ſpatiũ, alia paulatim, aliaque huic propoſito conveniẽtia in mẽtem venirent, uſuique & experientiæ, ad quam me conferebam, egregiè reſpondere animadverterem; collegi ea diligenter, & ordinavi: & quia viſa ſunt in Opella non contemnendæ modum excreſcere, nec prorſus inutilis, aut inepta res eſſe, ſed potius ampliore, quàm aures, animique meorum auditorum ſunt, theatro digna, pu-

blicam

blicam illis lucem non invidere constitui, delecto Manuductionis *vocabulo, quo Librum insignirem, quasi compendij, per quod ut incedant, Tyronibus author sum, indicem, & mōstratorem: sic enim iudicavi non tam illum cæteris huius argumenti tractatibus contrariū, quàm diversum futurum, cùm ipse largiùs aliquanto, quàm alij,* Pleraque differat, & præsens in tempus omittat; *& non tam præceptis rem gerit, quàm usui gerendam assignat, penès quem non solū arbitrium, & vim, & normam loquendi, sed etiam magisterium, & institutionem natura esse voluit; ut homines quantumvis linguæ, cuius cognitionē affectant, rudes, & imperiti, ipsa loquendi actione quomodo sit loquendum ediscant, & plurima regularum priùs imprudentes observent, quàm quomodo observare debeant doceantur: quam methodum veteres Gram-*

mati-

matici Græci, & Latini neceſſariò tenuere, cùm ſuos auditores linguæ, quã tractabant, re ipſa peritos, & exercitos, artis ſuæ præceptis nõ tam docere quicquam novi, quàm eorũ, quæ verè iam didiciſſent, admonere quodammodo viderentur,

Hac ego de cauſa brevitatem non modò nullas tenebras offuſuram, ſed potiùs lucem non mediocrem allaturã ſecutus, ita ſcriptionẽ meam ordinavi, ut doctrinæ, quam tracto, ſingulæ partes rectè inter ſe diſtinctæ ſub unũ aſpectũ occurrant legentibus, & quaſi theatrum ſui faciant, unde ſpecies rerum, verborumque, oculis traditæ, ad animum tranſeant, & memoriæ tenaciùs defigantur; & ſint inſtar eius artificij ad occurrendum oblivioni, cuius, adhibita quadam locorum ordinatione, Poeta Simonides primus author fuiſſe dicitur. Et primò expoſuimus literarum Græcarum formas;

cum

cum suis divisionibus, parùm abhorrente ab aliorum huius argumenti Scriptoribus ratione, quæ in hac lingua prorsus admirabilis est; ut Philosophiam, & Musas diu ministerio illius, & feliciter usas intelligas.

Quo ipsa literæ modo proferēdæ sint, vetere ne, an eo, quem recentior, adeòq; hodierna Græcia sequitur, Grāmatici certant, & adhuc sub iudice lis est. *Nos accedimus audacter primæ sententiæ, atque ut hoc idem faciant, ijs, qui nos audiunt, authores sumus; quippe quam & momentis rationum, & authoritate Scriptorum pro ea stantium, potiorem arbitramur.*

Accentus ad attollendam, aut deprimendam in pronunciatione syllabarum vocem, non verò ad producendas, corripiendasque syllabas comparatos putamus; & quia arduum esset qua id maximè fieri debeat, constituere, nullam eorum rationem in pro-

 nun-

nunciatione præsertim vincta numeris orationis, habendam esse censemus.

Articulorũ usu nihil in lingua Græca frequentius; ideò eorum declinatio in primis ediscenda est, & diligenter memoriæ cõsignanda, prout illam dispositis per omnes casus exemplis in sua Tabula notavimus pag. 8. & 9. *adiectis linguæ Italicæ Articulis, quibus in significatione mirificè congruunt: & idem in aliarum linguarum Articulis evenire probabile est, ut experienti facilè patebit.*

Declinationes Nominũ, quæ ad usque denarium numerũ ferè ab omnibus extenduntur, tres dumtaxat fecimus, namque ex duabus primis satìs commodè unam effici posse visum est, quã Primam *esse volumus. Ex tertia, & quarta, item unam conflavimus, quæ nobis* Secunda *est: ex quinta deniq;* Tertiam; *quæ communis simplicibus & contractis Nominibus esset.*

Nam-

Namque contractio huiusmodi nihil aliud est, quàm passio quadam certorũ huius tertia Declinationis Nominũ, cuius usus nõ ad omnes, sed ad certos pariter talium Nominum casus extẽditur. Huius autem anomalia totius ratio, unica, eademq; non integra pagina expeditur; quam certè paginam, brevesque in ea contentas regulas si quis attentè legat, nihil opus habere se intelligat operosa tractatione integrarum quinque Declinationum, quas alij contractis Nominibus assignant. Non quòd omnia, qua hac in re dici possunt, à nobis tradantur, sed quantum satìs superque est in primo huius lingua aditu versanti; qui deinde cõmodiùs ad reliqua gradum faciet, postquam primis, et facilioribus imbutus, in huius artis quasi mysterijs initiatum se cernet. Hoc autem non solùm de Nomine, sed generaliter de omnibus, qua nostro hoc Opere conti-

nentur, capitibus, dictũ intelligatur.

Quomodo Nomina adiectiva fœminina, et neutra, ex masculino genere formanda sint, Tabulam id indicantem pag. 18. 19. *apposuimus, adiectis à dextro paginæ latere suis exemplis, atque ita disposita scriptione, ut duæ paginæ pro una maiore ex parte habeantur, & quasi una sit, legantur; usque ad lineam, cui exceptiones subiecimus,*

Hoc idem in sequentibus paginis 20. 21. *faciendũ putavimus pro formatione Comparativi, & Superlativi à Positivo deducenda.*

Proximum locum Præpositionibus dedimus, notiones illarum non quidem omnes,(quod infinitum esset) sed usu frequentiores apponentes. Id autẽ antequam de Verbis ageretur faciendum omninò iudicamus, propter frequentem Verborum cum Præpositionibus mixturam, quarum propterea

men-

mentionem ad Verba coniuganda ue-nientibus nequaquam novam, & inauditam oportet accidere.

Generali Verborũ notitiæ, peculiarẽ Verbi εἰμὶ sum *notitiam duximus præponendam; primò, quia Verbi huius usus ad passivorum Verborum cõiugationẽ necessarius est; deinde quia plurimum valet ad animandos, & bona spe replendos Tyrones, qui, ope illius confisi, incipiunt Græcè scriptitare, & sibi placere de iam percepto qualicumque suorum conatuum fructu, & pretio.*

Quod attinet ad ipsa Verba, unam dumtaxat eorum speciem agnoscimus & unica coniugatione expediendam; quandoquidẽ literæ, quas Figurativas *vel* Characteristicas *alij appellant, ex quarum varia mutatione ipsa Coniugationum varietas, pluralitasque consurgit, ad unam literam, quæ est* σ, *tacitè, vel expressè in eis contentam, satis*

tìs

tis commodè in Futuro reduci possũt, eiusque beneficio operosa illa regularum prolixitas, & molestia vitari.

Sanè quòd attinet ad Verba contracta, non defuturos puto, quibus nimia videbitur brevitas nostra; sed his abundè alibi satisfiet, cùm, propositis plenioribus regulis, & usui provectiorum in arte magis accommodatis, uberiùs hac de re tractabimus.

Ad formationes Temporũ paucas delegimus regulas, quæ potiores visæ sunt magisque necessariæ; prætermissis alijs, & ad finem Libri reiectis, maioreque cum diligentia, et copia suo loco exponendis.

Inter has autem regulas, notabilem esse iudico eã, quæ pertinet ad formationem Præteriti perfecti passivi; quòd eius intellectum adeò planum, & expeditum efficiat, ut quod alioquin vix longa, & intricata plurium paginarũ opera contingit, quatuor dumtaxat

ver-

versibus absolvat.

Hæc pauca præmonuisse sufficiat Proœmij loco, ad maiorem nostræ Manuductionis intelligentiam, sicubi propter non passim usitatũ paginas ordinandi genus, maiore explicatione res egere videbitur, omissis pluribus ad Pronomina, ad Verba Anomala, sive Defectiva, ad Numerum Dualẽ Verborum, & ad collocationem Accentuum spectantibus; quæ nec tam obscura sunt, & adhibitis tanquam in exemplũ his ipsis, quæ hìc ponimus, facili negotio percipientur.

Habes, Vir amplissime, sententiam nostram de facili discendi Græcas literas ratione, quæ satis constare videbitur, si tibi reddetur, tibique probabitur; cuius longè clarissimũ in omni studiorum genere nomen est, et cuius consilijs, præceptisq; huius mei in literis, & bonis artibus profectus mediocritatẽ magna ex parte acceptam fero.

Imprimatur,

Si videbitur Reverendiſs. Patri Magiſtro Sacri Palatij Apoſtolici.

I. de Ang. Archiep. Vrb. Viceſg.

Imprimatur,

Fr. Raimundus Capiſucchus Ord. Præd. Sacri Palatij Apoſtolici Magiſter.

MANV-



MANVDVCTIONIS
AD LINGVAM GRAECAM
PARS PRIMA,
IN QVA AGITVR

de Literis.
Accentibus et Spiritibus.
Compendijs Literarum.
Articulis.
Declinationibus.
Nominibus Contractis.
Adiectivis.
Comparativis et Superlativis.
Pronominibus.
Præpositionibus.
Verbo εἰμὶ *Sum.*

Literæ ſunt apud Græcos vigintiquatuor.

Α α ϫ	Alpha	a
Β β ϐ	Beta	b
Γ γ ſ	Gamma	g
Δ δ	Delta	d
Ε ε ϵ	Epsilon	e tenue, breuẽ
Ζ ζ	Zeta	z
Η η	Eta	e longum
Θ ϑ ϑ ϑ θ	Theta	th
Ι ι	Iota	i
Κ κ ϰ	Cappa	c k
Λ λ	Lambda	l
Μ μ	My	m

Vocales, ſeptem.

ε
ο *breues*

η
ω *longæ*

α
ι *ancipites: modò breues, modò longæ*
υ

Reliquæ ſeptem & decem ſunt Conſonantes.

Ν ν	Ny	n
Ξ ξ	Xi	x
Ο ο	O micron	o paruum, breue
Π Γ ϖ π	Pi	p
Ρ ϱ ρ	Rho	r
Σ σ ϛ C	Sigma	s
Τ τ	Tau	t
Υ ϒ υ	Y psilon	y u tenue
Φ φ	Phi	ph
Χ χ	Chi	ch
Ψ ψ	Psi	ps
Ω ω	O mega	o magnũ, longũ

Ex Vocalibus novem fiunt Diphthongi:

αι	ai	*Maia*	μαῖα	[redacted]
αυ	au	*aura*	αὖρα	
ει	ei	*eia*	εἶα	ἐπιεικεία
ευ	eu	*euge*	εὖγε	
οι & sonant vt oi in		*Troia*	Τροία	
ου	u	*Vrania*	οὐρανία	
ηυ	eu			
υι	yi			
ωυ	ou			

Accentus sunt tres: Acutus ' λόγος *sermo*
Gravis ` τιμὴ *honor*
Circumflexus ῀ μοῦσα *musa*

Dictiones, quæ Accentu carent, leguntur coniunctæ cum dictione antecedente: vt ἄνθρωπός τις *homo quidam*.

De his tamen fusiùs suo loco.

Regulæ ad benè &

	γ	ἄγγελος	*angelus*
I. γ *ante*	κ *sonat* ν. *ut*	ἄγκυρα	*anchora*
	ξ	λύγξ	*lynx*
	χ	ἀγχίσης	*anchises*

II. Nulla ratio habeatur Accentus, sed solius syllabarum quantitatis, de qua hoc in præsenti dicam.

ε et ο semper sunt breves, nisi sequantur duæ Consonantes.

η et ω perpetuò longæ.

α ι υ sunt quidem ancipites, utplurimùm verò, breues.

Omnes Diphthongi, longæ.

III. Spiritus asper pronunciatur tenui quadam densitate vocis in principio gutturis for-

ma-

Spiritus ſunt duo: Lenis ᾿ ut ἀντὶ *pro*

Aſper ῾ ὑπὸ *ſub*

et ponuntur in vocalibus initio dictionis.
Litera ρ initio dictionis ſemper habet Spiritum aſperum: ut ῥώμη *robur*
Duo ρ in medio dictionis notantur hoc modo. πόῤῥω *longè*

---

emendatè legendum

matæ, ut olim Latini pronunciabant h.
Aliqua etiam aſpiratione pronunciantur χ *&* θ, *ut diſtinguãtur à* κ *&* τ.

ε	e	ſeta	*ſericũ*
η	e	ſetta	*ſecta*
IV. ο *sonãt ut*	o *apud Italos in*	botte	*cadus*
ω	o	botta	*ictus*
υ	u *apud Gallos*	rude	*rudis*

V. Duo puncta ſuper ſecundam Diphthongorum vocalem duas ſyllabas efficiunt, adeòque deſtruunt Diphthongum.

VI. Apoſtrophe ᾿ in fine dictionis, ſequentem dictionem cum antecedente legendum indicat.

Punctũ ſub ᾳ ῃ ῳ *dicitur* Iota ſubſcriptum.

Vſi-

Vsitatiora Literarum Compendia & Ne-

αλλ	αλλ	εν	εν
αν	αν	ἐξ	ἐξ
αξ	αξ	ἐπευ	ἐπευ
αρ	αρ	ἐπι	ἐπι
γαρ	γαρ	ευ	ευ
δὲ	δὲ	ευς	ευς
δεξ	δεξ	ην	ην
δεξ	δεξ	καὶ	και
	δια	και	και
δια	διὰ	κατὰ	κατὰ
διο	διο	μεν	μεν
ει	ει	μὲν	μέν
ει	ει	μετὰ	μετὰ
εἶναι	εἶναι	μῶν	μῶν
εκ	εκ	οἷον	οἷον
ελ	ελ	ον	ον
ελλ	ελλ	ος	ος
ἐν	ἐν	ου	ου

Annotationes præmit-

I. *Græci, præter Numerum Singularem et Pluralem, habent Dualẽ, qui adhibetur cũ de duobus eſt ſermo: ſed rarò eſt in uſu.*

II. Ca

xus vulgò *Breviature* & *Legature*.

	οὐκ		τὸ
	ȣ̃τος		τὸν
	ϖαρα		τὸν
	ϖερι		τοῦ
	ϖερω		τοῦ
	ρα		τρ
	σαν		ττ
	σθ		τω
	σθαι		τῶν
	σϖ		υι
	σσ		υν
ϛ	στ		ῶν
	σχ		χα
	τα		χθ
	ται		χθ
	ταῖς		χο
	τὴν		ψι
	τῆς		ψω

tendæ Articulis.

II: Carent Ablatiuo, quem tamen ſupplent reliquis Caſibus, ac præſertim Genitiuo, & Datiuo.

Sin-

		Masculin.		
Singul.	Nom.	ὁ	*il*	*lo*
	Gen.	τοῦ	*del*	*dello*
	Dat.	τῷ	*al*	*allo*
	Acc.	τὸν	*il*	*lo*
	Voc.	ὦ	ò ubiquè	
Dual.	Nom. & Acc.	τὼ	*i due*	
	Gen. & Dat.	τοῖν	*de' & a' due*	
Plural.	Nom.	οἱ	*i*	*gli*
	Gen.	τῶν	*de'*	*degli*
	Dat.	τοῖς	*a'*	*agli*
	Acc.	τοὺς	*i*	*gli*

Ex his Articulis formatur Relativum, auferendo τ, ubi adest, & addendo Spiritum asperum: ut τοῦ οὗ *cuius*, τὴν ἣν *quam*.

Vbi τ non adest, additur tantùm Accẽtus gravis: vt ἡ ἣ *quæ*, οἱ οἳ *qui*.

Annotationes præmittendæ

I. Vocatiuus in Duali & Plurali similis est suo Nominativo.

II. Nomina Neutra semper habent tres Casus similes, Nominatiuum, Accusatiuum & Vocatiuum.

Femi-

Fœminin.		Neutr.	
ἡ	*la*	τὸ	*il*
τῆς	*della*	τοῦ	*del*
τῇ	*alla*	τῷ	*al*
τὴν	*la*	τὸ	*il*
ὦ	*ò*	ὦ	*ò*
τὰ	*le due*	τὼ	*i due*
ταῖν	*delle &c.*	τοῖν	*de' &c.*
αἱ	*le*	τὰ	*i*
τῶν	*delle*	τῶν	*de'*
ταῖς	*alle*	τοῖς	*a'*
τὰς	*le*	τὰ	*i*

In Nomin. ὁ additur etiam ς: ut ὁ ὅς *qui*. Articuli, si adiunctam habeant syllabam δε, significant *Hic hæc hoc*: ut

ὅδε	ἥδε	τόδε
τοῦδε	τῆσδε	τοῦδε &c.

Nominum Declinationibus

III. Nomina Parisyllaba sunt, quæ vbique habent æquales numero syllabas: Imparisyllaba verò, quæ in Casibus obliquis una syllaba excedit Nominativum Singularẽ.

IV. Vocalis post aliã Vocalẽ dicitur Pura.

Declinationes Nominum ſunt tres.

Prima Declinatio habet Pariſyllaba
Fœminina in α et η.
Maſculina in ας et ης.

Fœminina in α declinantur ſicut eorũ Articulus; excepto Accuſativo ſingulari, qui exit in αν, & Vocativo, qui ſimilis eſt Nominativo: ut ἡ δόξα *gloria*, τῆς δόξης, τὴν δόξαν, ὦ δόξα &c.

Fœminina in η declinantur omninò ſicut Articulus fœmininus; ſed Vocativus ſingularis ſimilis eſt Nominativo: ut ἡ πλάνη, *error*, τῆς πλάνης, ὦ πλάνη.

Maſculina in ας & ης in Singulari declinãtur hoc modo.

S.N. ὁ	βορέας	*boreas*	χρύσης	*Chryses*
G. τοῦ	βορέου	*boreæ*	χρύσου	*Chryſis*
D. τῷ	βορέᾳ	*boreæ*	χρύσῃ	*Chryſi*
A. τὸν	βορέαν	*boream*	χρύσην	*Chryſem*
V. ὦ	βορέα	*borea*	χρύση	*Chryſe*

In Duali verò & Plurali habent terminationem Articuli fœminini: ut

Τὼ	βορέα	χρύσα
οἱ	βορέαι	χρύσαι &c.

Se-

Secunda Declinatio habet Parisyllaba Masculina Fœminina Communia in ος: & Neutra in ον & ο.

Omnia Nomina in ος declinantur sicut Articulus masculinus, excepto Vocativo singulari, qui exit in ε: ut

ὁ λόγος *sermo*	ἡ ὁδὸς *via*	ὁ et ἡ ἄνοδος *invius*
τοῦ λόγου	τῆς ὁδοῦ	ἀνόδου
ὦ λόγε	ὁδὲ	ἄνοδε &c.

Neutra in ον et ο declinātur sicut eorū Articulus: sed habent tres Casus similes: ut

τὸ δένδρον *arbor*	ἄλλο *aliud*
τοῦ δένδρου	ἄλλου
ὦ δένδρον	ἄλλο
τὰ δένδρα	ἄλλα &c.

Huc spectant quædam Nomina in ως & ων Atticorum propria, quæ in ultima syllaba cuiuslibet Casus habent ω, & Vocativum singularem similē Nominativo: ut

ὁ et ἡ εὔγεως *fertilis*	τὸ εὔγεων *fertile*	
τοῦ τῆς εὔγεω	τοῦ εὔγεω	
οἱ αἱ εὔγεῳ	τὰ εὔγεω	
τοῖς ταῖς εὔγεῳς	τοῖς εὔγεῳς &c.	

Tertiæ Declinationis Nomina sunt omnium generum, quæ diversimodè quidē in Nominativo, sed in Genitivo omnia terminantur in ος & sunt Imparisyllaba, adeoque habent Incrementum in Casibus obliquis, excepto Vocativo singulari.

Exempla sunt ὁ πȣ̃ς *pes*, ἡ λαμπὰς *lampas*, τὸ μέλι *mel*, quorum terminationē exhibet sequens Tabella.

S. N.		πȣ̃ς	λαμπὰς	μέλι
G.	ος	ποδὸς	λαμπάδος	μέλιτος
D.	ι	ποδὶ	λαμπάδι	μέλιτι
A.	α	πόδα	λαμπάδα	μέλι
V.		πȣ̃ς	λάμπας	μέλι
D. N. A.	ε	πόδε	λαμπάδε	μέλιτε
G. D.	οιν	ποδοῖν	λαμπάδοιν	μελίτοιν
P. N.	ες	πόδες	λαμπάδες	μέλιτα
G.	ων	ποδῶν	λαμπάδων	μελίτων
D.	σι	ποσὶ	λαμπάσι	μέλισι
A.	ας	πόδας	λαμπάδας	μέλιτα

Neutra solùm differunt in tribus Casibus similibus, & Nominativo plurali, qui exit in α sicut Articulus neuter τὰ.

Præcipuæ Nominum Exceptiones
In Prima Declinatione.

Nomina in α purum *&* *in* ρα, *Genitivum habent in* ας *&* *Dativum in* ᾳ: *ut*

ἡ ἁγία sancta τῆς ἁγίας τῇ ἁγίᾳ
ἡμέρα dies ἡμέρας ἡμέρᾳ

μέτρης
πώλης

Nomina in τρίβης *habent Vocat. sing. in* α

πης
της

ὁ γεωμέτρης geometra ὦ γεωμέτρα
βιβλιοπώλης bibliopola βιβλιοπῶλα
παιδοτρίβης pædotriba παιδοτρίβα
κυνώπης impudens κυνῶπα
στρατιώτης miles στρατιῶτα

Itemque Gentilia in ης: *ut* ὁ πέρσης ὦ πέρσα.

InGenitivo sing. Tertiæ Declinationis.

Nomina in εὺς *Genitivum habent Atticè in* έως: *ut* ὁ βασιλεὺς Rex, τοῦ βασιλέως.

Quædam in ις *&* ι *Genitivum habent in* ιος *&* εος, *sed Atticè in* εως: *ut*

τὸ σίνηπι sinapi σινήπιος πεος πεως
ἡ πόλις civitas πόλιος λεος λεως

In

In Accusativo singulari

Eadem Nomina in ις habent Accusativum

Nomina in υς habent Accusativum

In Vocativo

Vocativus utplurimum similis est suo Nomi-

ας Vocativum habent in αυ
εις ευ

αις
in ὰς ut
ις amittunt ς
ȣς
υς

Quæ in ultima syllaba Nominativi habent

η, has Vocales mutant in ε ut
ω, ο ut

In Dativo

ὰς
Nomina in ξ *addunt* ι *suo Nominativo: ut*
ψ

Hoc idem observant nonnulla in ȣς*: ut*

οὖτος ȣσι

Quæ in Gen. habẽt ȣτος*, in Dat. habẽt* ȣσι*: ut*

εῖτος εισι

Quæ in Gẽ. habẽt τέρος*, in Dat. habẽt* τᾶσι*: ut*

Tertiæ Declinationis.

in ιν : ut ἡ πόλις, τὴν πόλιν.

in υν : ut ὁ βότρυς, τὸν βότρυν, racemus.

ſingulari.

nativo; interdũ verò differt; Nomina enim

ὁ μέλας	niger	ὦ μέλαν.
ὁ χαρίεις	gratioſus	χαρίεν.
ὁ παῖς	puer	παῖ.
ὁ βασιλεὺς	Rex	βασιλεῦ.
ὁ ὄφις	ſerpens	ὄφι.
ὁ πλακοῦς	placenta	πλακοῦ.
ὁ ὀξύς	acutus	ὀξύ.
ὁ σωτὴρ	ſalvator	ὦ σῶτερ
ὁ εὐδαίμων	felix	εὔδαιμον

plurali.

ὁ ἑρμηνεὺς	interpres	τοῖς ἑρμηνεῦσι
ὁ κόραξ	corvus	κόραξι.
ὁ ἄραψ	Arabs	ἄραψι.
ὁ βοῦς	bos	βουσί.
ὁ λέων leo	τοῦ λέοντος	τοῖς λέουσι.
ὁ πλακοῦς	πλακοῦντος	πλακοῦσι.
ὁ χαρίεις	χαρίεντος	χαρίεισι.
ἡ μητὴρ mater	τῆς μητέρος	ταῖς μητράσι.

No-

Nomina III. Declinationis, quorum Ge-

habent Contractionem duarum in unam
Prima Columna indicat terminationem
ctionem: Reliquæ, dant exempla: Puncta

Colum.	1	2	3	4	5	6
S.N.	..	..	ὁ ↓ ἀδῆς	..	τὸ τέλος	..
G.	εος	ους	δέος	δοῦς	λεος	λους
D.	εϊ	ει	δέϊ	δεῖ	λεϊ	λει
A.	εα	η	δέα	δῆ	λος	..
V.	..	..	δες	..	λος	..
D.N.A.	εε	η	δέε	δῆ	λεε	λη
G.D.	εοιν	οιν	δέοιν	δοῖν	λέοιν	λοῖν
P.N.	εες	εις	δέες	δεῖς		
	εα	η			λεα	λη
G.	εων	ων	δέων	δῶν	λέων	λῶν
D.	..	..	δέσι	..	λεσι	..
A.	εας	εις	δέας	δεῖς	λεα	λη

I. Nomina in ις *&* ι*, cùm declinantur per* ιος*, contrahuntur quidem in eisdem Casibus, sed ubique amittunt* ι*: ut*

Τῇ πόλιϊ πόλι, αἱ πόλιες πόλις.
Τῷ σινήπιϊ σινήπι, τὰ σινήπια σίνηπι.

II. *Quæ*

nitivus est in εος / εως à Nomin. in ης / ευς ες / ις ος / ι syllabarum, ut in sequenti Tabella; in qua Nominis contrahendi: Secunda, Contra- verò denotant Casus non contrahendos.

7	8	9	10	11	12
βασιλεὺς	..	πόλις	..	σίνηπι	..
βασιλέως	..	πόλεως	..	σινήπεως	..
βασιλέϊ	λεῖ	πόλεϊ	λει	σινήπεϊ	πει
βασιλέα	..	πόλιν	..	σίνηπι	..
βασιλεῦ	..	πόλι	..	σίνηπι	..
βασιλέε	..	πόλεε	..	σινήπεε	..
βασιλέοιν	..	πολέοιν	..	σινηπέοιν	..
βασιλέες	λεῖ	πόλεες	λεις		
				σινήπεα	πη
βασιλέων	..	πόλεων	..	σινήπεων	..
βασιλεῦσι	..	πόλεσι	..	σινήπεσι	..
βασιλέας	λεῖς	πόλεας	λεις	σινήπεα	πη

II. Quæ Gen. habent in εος à Nom. in υς & υ, contrahuntur in eisdē Casibus ac Nomina in ις: ut ὁ βαρὺς τοῦ βαρέος τῷ βαρέϊ ρεῖ &c.
III. Genitivus Atticus Dualis est in εων: ut ταῖν πόλεων.

Tabula pro Generibus Adiectivorum.

Masc.		Fœm.	Neut.
ας		αινα	αν
εις		εσσα	εν
ην		εινα	εν
ος		η	ον
ος purum		α	ον
ρος		ρα	ρον
υς		εια	υ
Commun.	ην	Neut.	εν
	ης		ες
	ις		ι
	ος		ον
	ȣς		ȣν
	υς		υ
	ων		ον
	ωρ		ορ
	ως		ων

Excipiũtur πᾶς πᾶσα πᾶν omnis, *cũ* ἅπας, σύμπας; *et* μέγας μεγάλη μέγα magnus. εἷς μία ἕν, unus a um *cum compositis* ȣ̓δεὶς μηδεὶς *etc.* nullus, *quorũ Fœmininum &* *Neutrum sunt* μηδεμία μηδὲν *&c.* πολὺς πολλὴ πολὺ multus a um.

ὀγδό

ὁ μέλας	ἡ μέλαινα	τὸ μέλαν	*niger*
χαρίεις	χαρίεσσα	χαρίεν	*gratiosus*
τέρην	τέρεινα	τέρεν	*tener*
σοφὸς	σοφὴ	σοφὸν	*sapiens*
ἅγιος	ἁγία	ἅγιον	*sanctus*
φαιδρὸς	φαιδρὰ	φαιδρὸν	*lætus*
εὐρὺς	εὐρεῖα	εὐρὺ	*latus*
ὁ & ἡ	ἄρσην	τὸ ἄρσεν	*masculus*
	ψευδὴς	ψευδὲς	*falsus*
	τὶς	τὶ	*aliquis*
	ἄκρατος	ἄκρατον	*merus*
	εὔνους	εὔνουν	*beneuolus*
	ἄδακρυς	ἄδακρυ	*non flens*
	ἄφρων	ἄφρον	*stultus*
	ἀπάτωρ	ἄπατορ	*sine patre*
	εὔγεως	εὔγεων	*fertilis.*

ὄγδοος δόη δόον, octavus a vum; & *composita* à πλόος: *ut* ἁπλόος simplex; *quorum Fœm. est in* η, *non in* α: *ut* ἁπλόη.

Nonnulla in ος *Neutrum habent in* ο: *ut* ἄλλος ἄλλη ἄλλο, *alius a ud.*

Omnia Adiectiva sũt alicuius Declinationis.

Comparativa fiunt addendo τερος Positi-

	ας		ἄντερος	ἄντατος
	εις		ἔστερος	ἔστατος
	ης		ἔστερος	ἔστατος
Adiect. in	ος	habent	ότερος	ότατος ut
	ους		ούστερος	ούστατος
	υς		ύτερος	ύτατος
	ων		ονέστερος	ονέστατος

Adiectiva in ος *habent* ώτερος ώτατος, *cum penultima eorum syllaba est brevis: ut*

σοφὸς σοφώτερος σοφώτατος.

Genus fœmin. in Comparativis exit in ρα, *in Superlativis, in* η: *utrorumq. verò neutrum exit in* ον, & *sunt I. ac II. Declinationis.*

Nonnulla Comparativum habent in ων, & *Superlativum in* στος: *ut*

		ἀμείνων	
		ἀρείων	ἄριστος
ἀγαθὸς	bonus	βελτίων	βέλτιστος
		κρείττων	κράτιστος
		λωΐων	λῷστος
αἰσχρὸς	turpis	αἰσχίων	αἴσχιστος
ἐχθρὸς	hostis	ἐχθίων	ἔχθιστος

κακὸς

v.o, & Superlativa, addendo τατος sic.

μέλας.	μελαύτερος	μελάντατος
χαρίεις.	χαριέστερος	χαριέστατος
ψευδής.	ψευδέστερος	ψευδέστατος
φαιδρὸς.	φαιδρότερος	φαιδρότατος
εὔνους	εὐνούστερος	εὐνούστατος
εὐρὺς.	εὐρύτερος.	εὐρύτατος
ἄφρων,	ἀφρονέστερος.	ἀφρονέστατος.

		κακίων.	κάκιστος
κακὸς.	malus.	χείρων	χείριστος
		χερείων.	
καλὸς.	pulcher	καλλίων.	κάλλιστος.
μέγας.	magnus	μείζων	μέγιστος
πολὺς.	multus	πλείων.	πλεῖστος
ῥάδιος.	facilis.	ῥάων	ῥᾷστος

Quædam in ὺς utramque regulā habent: ut ἡδὺς dulcis, ἡδίων ἥδιστος, ἡδύτερος ἡδύτατος.
Comparativa in ων spectant ad III. Declinat.
Ex Substantivis, Pronominibus, Adverbijs, Præpositionibus, & Participijs, fiunt Comparativa, & Superlativa; de quibus alibi.
Porro tàm Comparativa, quàm Superlativa regunt Genitivum: ut σοφώτερος πάντων.

Ex.

Ex Pronominibus tria sunt Primitiva.

S. ἐγὼ *ego*		σὺ *tu*			
ἐμοῦ *mei*		σοῦ *tui*		οὗ *sui*	
ἐμοὶ *mihi*		σοὶ *tibi*		οἷ *sibi*	
ἐμὲ *me*		σὲ *te*		ἓ *se*	
D. νῶϊ *nos duo*		σφῶϊ *uos duo*		σφὲ *se*	
νῷν *nostrum*		σφῷν *vestrũ*		σφὶν *sui*	
P. ἡμεῖς *nos*		ὑμεῖς *vos*		σφεῖς	
ἡμῶν *nostrum*		ὑμῶν *vestrũ*		σφῶν *sui*	
ἡμῖν *nobis*		ὑμῖν *vobis*		σφίσι *sibi*	
ἡμᾶς *nos*		ὑμᾶς *vos*		σφᾶς *se*	

Pro ἐμοῦ ἐμοὶ ἐμὲ dicitur etiam μοῦ μοὶ μέ.

Octo Possessiva.

ἐμὸς ἐμὴ ἐμὸν *meus a um*
σὸς σὴ σὸν *tuus a um*
ὃς ἣ ὃν *suus a um*
νωΐτερος τέρα τερον *noster a ũ de duobus*
σφωΐτερος τέρα τερον *vester a ũ de duobus*
ἡμέτερος τέρα τερον *noster a um*
ὑμέτερος τέρα τερον *vester a um*
σφέτερος τέρα τερον *suus a ũ de pluribus*

Duo Demonstrativa.

ἐκεῖνος ἐκείνη ἐκεῖνο *ille illa illud.*
οὗτος αὕτη τοῦτο *hic hæc hoc*, et sic declinatur

S.

S.	N.	οὗτος	αὕτη	τοῦτο	*hic hæc hoc*
	G.	τούτου	ταύτης	τούτου	*huius*
	D.	τούτῳ	ταύτῃ	τούτῳ	*huic*
	A.	τοῦτον	ταύτην	τοῦτο	*hunc &c.*
D.	N.A.	τούτω	ταύτα	τούτω	*hi duo etc.*
	G.D.	τούτοιν	ταύταιν	τούτοιν	*horum etc.*
P.	N.	οὗτοι	αὗται	ταῦτα	*hi hæ hæc*
	G.	τούτων	τούτων	τούτων	*horum etc.*
	D.	τούτοις	ταύταις	τούτοις	*his*
	A.	τούτους	ταύτας	ταῦτα	*hos has hæc*

Ex hoc fiunt τηλικοῦτος αὕτη οῦτο *tantus a ū*
τοσοῦτος αὕτη οῦτο *tantus*
τοιοῦτος αὕτη οῦτο *talis tale*

Vnum Relativum, αὐτὸς αὐτὴ αὐτὸ *ipſe a ū*
Ex quo fiũt ἐμαυτοῦ τῆς τοῦ *meiipſius*
σεαυτοῦ et σαυτοῦ τῆς τοῦ *tuiipſius*
ἑαυτοῦ et αὑτοῦ τῆς τοῦ *ſuiipſius*

Hæc carent Genit. ſing. et reliquis Numeris; ſed ἑαυτοῦ omnes habet Numeros.

Ad Pronomina ſpectant τὶς *aliquis*, τίς *quis?*
Item ὁ δεῖνα *quidam*, τοῦ δεῖνα δεῖνος δείνατος: τῷ δεῖνα δεῖνι δείνατι: τὸν δεῖνα: & convenit omni Generi, caretq. reliquis Numeris.
Αὐτὸς τὴ τὸ cum Articulo ſignificat *Idem.*

Præ·

Præpoſitiones ſunt octodecim, quarum ſi-

Ἀμφὶ	cum Gen. ſignificat	*circum pro de per.*
	cum Dat.	*circum cõtra propter de.*
	cum Acc.	*circa circiter de ad apud.*
Ἀνὰ	cum Acc.	*per in inter adverſus.*
Ἀντὶ	cum Gen.	*pro vice loco*
Ἀπὸ	cum Gen.	*à ab ex per.*
Διὰ	cum Gen.	*per in ex.*
	cum Acc.	*propter per.*
Εἰς et ἐς	cum Acc.	*ad in contra apud erga.*
Ἐκ et ἐξ	cum Gen.	*ex de.*
Ἐν	cum Dat.	*in inter cum penes.*
Ἐπὶ	cum Gen.	*ſuper in ad ſub propter penes erga cõtra verſus*
	cum Dat.	idem.
	cum Acc.	idem.

Κατὰ

gnificationem exhibet sequens Tabella.

Κατὰ	cum Gen. significat	*contra intra in supra.*
	cum Acc.	*secundum in iuxta per*
Μετὰ	cum Gen.	*cum.*
	cum Dat.	*in cum.*
	cum Acc.	*post.*
Παρὰ	cum Gen.	*à ab.*
	cum Dat.	*apud prope.*
	cum Acc.	*iuxta præter propter ad.*
Περὶ	idem omninò significat ac Ἀμφὶ.	
Πρὸ	cum Gen.	*ante præ.*
Πρὸς	cum Gen.	*à ab per.*
	cum Dat.	*prope ante præter cum.*
	cum Acc.	*ad in contra*
Σὺν	cum Dat.	*cum simul.*
Ὑπὲρ	cum Gen.	*pro super de*
	cum Acc.	*trãs supra*
Ὑπὸ	cum Gen.	*à ab præ sub*
	cum Dat.	*sub cum ex.*
	cum Acc.	*sub infra.*

Indicativi

	Præsens		Plusquamperfectũ	
S.	Εἰμὶ	Sum	ἤμην	fueram
	εἶ	es	ἦσο	fueras
	ἐςὶ	eſt	ἦτο	fuerat
D.			ἤμεθον	fueramus
	ἐςὸν	eſtis	ἦσθον	fueratis
	ἐςὸν	ſunt	ἤσθην	fuerant
P.	ἐσμὲν	ſumus	ἤμεθα	fueramus
	ἐςὲ	eſtis	ἦσθε	fueratis
	εἰσὶ	ſunt.	ἦντο	fuerant

	Imperfectum		Futurum	
S.	ἦν	eram	ἔσομαι	ero
	ἦς	eras	ἔσῃ	eris
	ἦν	erat	ἔσεται vel ἔςαι	erit
D.			ἐσόμεθον	erimus
	ἦτον	eratis	ἔσεσθον	eritis
	ἤτην	erant	ἔσεσθον	erunt
P.	ἦμεν	eramus	ἐσόμεθα	erimus
	ἦτε	eratis	ἔσεσθε	eritis
	ἦσαν	erant.	ἔσονται	erunt.

Im-

Imperativi

Præsens

ἴσθι vel ἔσο	esto
ἔστω	esto
ἔστον	estote
ἔστων	sint
ἔστε	estote
ἔστωσαν	sint.

Optativi

Imperfectum

εἴην	essem
εἴης	esses
εἴη	esset
εἴητον	essetis
εἰήτην	essent
εἴημεν	essemus
εἴητε	essetis
εἴησαν	essent.

Optativi

Futurum

ἐσοίμην	fuero
ἔσοιο	fueris
ἔσοιτο	fuerit
ἐσοίμεθον	fuerimus
ἔσοισθον	fueritis
ἐσοίσθην	fuerint
ἐσοίμεθα	fuerimus
ἔσοισθε	fueritis
ἔσοιντο	fuerint

Coniunctivi

Præsens

ὦ	sim
ᾖς	sis
ᾖ	sit
ἦτον	sitis
ἦτον	sint
ὦμεν	simus
ἦτε	sitis
ὦσι	sint.

Infiniti		Participij			
Præf. & Imp.		Præf. & Imp.			
εἶναι	*esse*	ὁ ὢν	ὄντος	*qui est* &	*erat*
		ἡ οὖσα	οὔσης	*quæ est*	*erat*
		τὸ ὂν	ὄντος	*quod est*	*erat*
Futurum		Futurum			
ἔσεσθαι	*fore*	ὁ ἐσόμενος	*futurus*		
		ἡ ἐσομένη	*futura*		
		τὸ ἐσόμενον	*futurum.*		

Præteritum Perfectum, quo caret hoc Verbum, ſuppletur alijs Verbis; de quibus conſulantur Lexica.

Participia declinantur ſicut Nomina: ut
ὁ ὢν τοῦ ὄντος τῷ ὄντι τὸν ὄντα.
ἡ οὖσα τῆς οὔσης τῇ οὔσῃ τὴν οὖσαν &c.

Ex εἰμὶ componuntur

ἄπειμι	*abſum*
ἔνειμι	*inſum*
ἐξεῖναι	*licere*
μέτειμι	*interſum*
πάρειμι	*adſum*
πρόσειμι	*adhæreo*
σύνειμι	*ſimul ſum*

& ſi qua ſunt alia, quæ coniugãtur ut εἰμὶ.

MA-

MANVDVCTIONIS AD LINGVAM GRAECAM PARS SECVNDA,

IN QVA AGITVR

de Verbo Activo, & Passivo.

Formatione Temporum.

Verbis Contractis.

Investigatione Thematis.

Verbis Anomalis in *μι*, *ω*, & *ομαι*.

Annotationibus ad Nomina & Verba.

Numero duali Verborum.

Recta Accentuum collocatione.

Anno-

Annotationes Verbis præmittendæ

Vna tantùm est apud Græcos Coniugatio Verborum; omniaque Verba coniugantur sicuti sequens *τύπλω verbero.*

Modi sunt quinque: Indicativus, Imperativus, Optativus, Coniũctivus, Infinitus.

Vsus Participiorum est frequentissimus, ut mox patebit.

Tempora sunt Præsens, Imperfectum, duo Futura, Præteritum perfectum, & Præteritum plusquamperfectum.

Sunt & duo Aoristi, qui habent in Indicativo significationem Præteriti perfecti; in reliquis verò Modis, Præsentis ac Imperfecti, vel Perfecti. Vtplurimũ adhibētur cùm indefinitè loquimur: ut *amarem, legerem, amaverim, legerim* &c. *ἀόριςος* enim Latinè vertitur *indefinitus.*

Imperfectum in solo Indicativo distinguitur à Præsenti, sicut Plusquamperfectum à Perfecto; nam in reliquis Modis idem est Præsens ac Imperfectum, idem Perfectum ac Plusquamperfectum; quæ duo Tempora idcirco singulis in Tabulis seor-

sum

ſum ab Indicativo ponuntur.

Numerum Dualem, cùm rarò ſit in uſu, in finem Manuductionis reiecimus.

Futurum Primum ſimile eſt ſuo Præſenti quoad terminationem; idcirco primam tantùm Perſonã ſingularem indicamus, ut in Aoriſto ſecundo, qui habet terminationem ſui Imperfecti.

Imperativus & Coniũctivus Futuris caret.

Verbum dividitur in Activum, & Paſſivũ: Activum exit in ω, vel in ομαι, vel in ω ſimul & ομαι: ſi exit in ω, dicitur propriè *Activum*; ſi in ομαι, *Medium*; Paſſivum verò ſemper exit in ομαι.

Activum in ſequenti Tabula, Medium & Paſſivum poſt formationem Temporum Activorum exhibemus.

Perſonarum terminatio in noſtris Tabulis ita diſponitur, ut ſtatim quiſque intelligat quid cuique Tempori ſit addendum.

Exempli gratia:	τύπτω	εις	ει
	γράφω	εις	ει
	λέγω	εις	ει
	φιλέω	εις	ει &c.

Præſ.

	INDICATIVVS verbero	Imperf. Indic. verberabam	IMPERATIVVS
Praes. S.	τύπτω	ἔτυπτον	
	εις	ες	verbera τύπτε
	ει	ε	έτω
P.	τύπτομεν	ἐτύπτομεν	
	ετε	ετε	τύπτετε
	ουσι	ον	έτωσαν
Fu. 1 S.	verberabo τύψω &c.		
Fu. 2 S.	τυπῶ		
	εῖς		
	εῖ		
P.	τυποῦμεν		
	εῖτε		
	οῦσι		
Aor. 1 S.	verberavi ἔτυψα		verbera
	ας		τύψον
	ε		άτω
P.	ἐτύψαμεν		
	ατε		τύψατε
	αν		άτωσαν
Aor. 2 S.	ἔτυπον		τύπε
Perf. S.	verberavi τέτυφα	verberaveram ἐτετύφειν	verberaveris
	ας	εις	τέτυφε
	ε	ει	έτω
P.	τετύφαμεν	ἐτετύφειμεν	
	ατε	ειτε	τετύφετε
	ασι	εισα	έτωσαν

OPTATIVVS	CONIVNCTIVVS	INFINITVS	PARTICIPIVM
verberem atem	verberem atem	verberare	verberans
τύπτοιμι	τύπτω	τύπτειν	ὁ τύπτων
οις	ῃς		τοῦ οντος
οι	ῃ		ἡ τύπτουσα
τύπτοιμεν	τύπτωμεν		τῆς ούσης
οιτε	ητε		τὸ τύπτον
οιεν	ωσι		τοῦ οντος
verberavero		verberaturũ esse	verberaturus
τύψοιμι.		τύψειν	ὁ τύψων.
τυποῖμι		τυπεῖν	ὁ τυπῶν
οῖς			τοῦ οῦντος
οῖ			ἡ τυποῦσα
τυποῖμεν			τῆς ούσης
οῖτε			τὸ τυποῦν
οῖεν			τοῦ οῦντος
verberarem	verberaverim	verberare visse	qui verberat avit
τύψαιμι	τύψω	τύψαι	ὁ τύψας
αις	ῃς		τοῦ αντος
αι	ῃ		ἡ τύψασα
τύψαιμεν	τύψωμεν		τῆς άσης
αιτε	ητε		τὸ τύψαν
αιεν	ωσι		τοῦ αντος
τύποιμι.	τύπω.	τυπεῖν	ὁ τυπών.
verberavissem	verberavissem	verberavisse	qui verberavit
τετύφοιμι	τετύφω	τετυφέναι	ὁ τετυφώς
οις	ῃς		τοῦ ότος
οι	ῃ		ἡ τετυφυῖα
τετύφοιμεν	τετύφωμεν		τῆς υίας
οιτε	ητε		τὸ τετυφός
οιεν	ωσι		τοῦ ότος

De formatione Temporum Indicativi Activi.

De Imperfecto.

Imperfectū fit à Præsenti mutādo ω in ον, & addendo ε, si Verbum incipiat à Consonante: ut τύπτω ἔτυπτον *verberabam*
λέγω ἔλεγον *dicebam.*

Si à Vocali, mutatur

α ... η ... ἀρέσκω ... ἤρεσκον ... *placebam*
ε in η ut ἐλπίζω ... ἤλπιζον ... *sperabam*
ο ... ω ... ὀξύνω ... ὤξυνον ... *acuebam.*

Si autem à Diphthongo, mutatur

αι ... ῃ ... αἱρέω ... ᾕρεον ... *capiebam*
αυ in ηυ ut αὐξάνω ηὔξανον *crescebam*
οι ... ῳ ... οἰκέω ... ᾤκεον ... *habitabam.*

Reliquæ Vocales & Diphthongi sunt immutabiles: ut ἱδρόω ἵδροον *sudabam*
οὐτάω οὔταον *vulnerabam.*

Verba composita ex Præpositione addūt ε, mutantq. Vocalē aut Diphthongum post Præpos. ut συνδέω συνέδεον *colligabam*
προσάγω προσῆγον *adducebam.*

Si Præpositio desinat in Vocalem, Vocalis eliditur ab addito ε: ut

κατακρίνω κατέκρινον *condemnabam.*

Ex-

Excipiuntur περὶ & πρὸ, quarum ι & ο non elidũtur: ut περιπείρω περιέπειρον *infigebã* προκόπτω προέκοπτον *proficiebam.*

Hæc omnia obſervantur etiam in Aoriſtis, & Præterito perf. ac pluſquãp. Indicativi.

De Futuro primo.

Hoc Futurum formatur à Præſenti, à quo ſolùm differt per σ, quod implicitum, vel explicitum habet ante ω: explicitũ, eſt σ: implicitum, ξ & ψ: quæ ſonant κσ, & πσ. Verba igitur in

βω	habent ψω: ut	λείβω	λείψω	*libabo*
πω		βλέπω	βλέψω	*videbo*
φω		γράφω	γράψω	*ſcribã*
πτω		κόπτω	κόψω	*cædã*
γω	habent ξω: ut	λέγω	λέξω	*dicam*
κω		πλέκω	πλέξω	*plicabo*
χω		ἔχω	ἕξω	*habebo*
κτω		τίκτω	τέξω	*pariã*

Reliqua habēt σω: ut ᾄδω ᾄσω *cantabo*
φράζω φράσω *dicam.*

Quæ exeunt in ω *Purum*, addũt σ ante ω: ut

τελέω	τελέσω	*perficiam*
ἀκούω	ἀκούσω	*audiam.*

έω ήσω δέω *ligo* δήσω

Quædã in άω habẽt ήσω βοάω *clamo* βοήσω

ώω ώσω ἱδρώω *ſudo* ἱδρώσω

Nonnulla diſyllaba in έω habẽt εύσω: ut

πλέω πλεύσω *navigabo*

Quædam in άω habent αύσω: ut

κλάω κλαύσω *flebo.*

Aliqua in σσω vel ττω, & in ζω, habẽt ξω: ut

πράσσω vel πράττω πράξω *faciam*

παίζω παίξω *ludam.*

Communem hanc regulam ξ σ reſpuunt

Verba in λω, μω, νω, ρω, quæ Futurũ habent in λῶ, μῶ, νῶ, ρῶ

& coniugãtur ubiq; ut Futur. II. in τύπτω.

Præterea ita corripiunt penultimam ſyllabam Præſentis, ſi fuerit longa.

ψάλλω ψαλῶ ψαλεῖς ψαλεῖ &c. *cantabo*

νέμω νεμῶ νεμεῖς νεμεῖ *diſtribuam*

τέμνω τεμῶ τεμεῖς τεμεῖ *ſecabo*

μένω μενῶ μενεῖς μενεῖ *manebo*

σπείρω σπερῶ σπερεῖς σπερεῖ *ſeminabo.*

De

De Futuro secundo.

Formatur à Præsenti, circumflectendo ω, & auferendo secundam ex duabus Consonantibus, quæ præcedunt ω: ut

τύπτω τυπῶ *verberabo.*

Præterea sic mutātur Penultimæ Præsētis.

ε			πλέκω	πλακῶ	*plicabo*
η			λήβω	λαβῶ	*capiam*
ω	in	α, ut	τρώγω	τραγῶ	*comedam*
αι			καίω	καῶ	*uram*
αυ			παύω	παῶ	*sedabo*
ει		ι,	λείπω	λιπῶ	*linquam*
ευ	in	υ, ut	φεύγω	φυγῶ	*fugiam*
ου		ο,	ἀκούω	ἀκοῶ	*audiam*

Disyllaba in λω μω νω ρω mutāt ε in α: ut

σπείρω σπαρῶ *seminabo.*

Trisyllaba verò amittunt ι: ut

ὀφείλω ὀφελῶ *debebo.*

Quædam in έω & άω amittunt ε & α: ut

φιλέω φιλῶ *amabo*, σπάω σπῶ *traham.*

Verba in σσω ττω, & ζω, habēt γῶ, si Futurum I. est in ξω; habent δῶ, si in σω: ut

ὀρύσσω vel ττω ὀρύξω ὀρυγῶ *fodiam*

φράζω φράσω φραδῶ *dicam &c.*

Hoc

Hoc tamen Futuro carent tum plurima ex dictis, tum reliqua in εύω, ȣ́ω, ύω, ήω, & alia, quæ Vsus docebit.

De Aoristo primo.

Aoristus I. formatur à Futuro I. mutãdo ω in α, & servando regulas Imperfecti: ut

λέξω	ἔλεξα	*dixi*
ἐλπίσω	ἤλπισα	*speravi.*

Verba in λω μω νω ρω producũt penultimã, adeòq. mutãt α Futuri I. in η, & ε in ει: ut

ψαλῶ	ἔψηλα	*cantavi*
νεμῶ	ἔνειμα	*distribui.*

De Aoristo secundo.

Aoristus II. fit à Futuro II. mutando ῶ in ον, & observando regulas Imperfecti: ut

φραδῶ	ἔφραδον	*dixi*
ἀκȣῶ	ἤκȣον	*audivi.*

De Præterito perfecto.

Perfectum fit à Futuro I. observando regulas Imperfecti, & mutando

ψω		φα:		στρέψω	ἔστρεφα	*verti*
ξω	in	χα:	ut	ἄξω	ἦχα	*duxi*
σω		κα:		αἱρήσω	ἥρηκα	*cepi.*

Quod si Verbũ ab una tantùm incipiat Cõ-

so-

ſonante, hanc reduplicat ante additũ ε: ut

λέγω λέξω λέλεχα *dixi.*

Si à ϑ, φ, χ, reduplicat τ, ϖ, κ: ut

ϑάϖτω ϑάψω τέϑαφα *ſepelivi*

φιλέω φιλήσω ϖεφίληκα *amavi*

χαράττω χαράξω κεχάρακα *inſculpſi*

Ex Futuris in λῶ ρῶ fit λκα ρκα: ut

ψαλῶ ἔψαλκα *cecini*

σϖαρῶ ἔσϖαρκα *ſeminavi.*

Ex νῶ μῶ fit ηκα: ut μενῶ μεμένηκα *manſi*

νεμῶ νενέμηκα *diſtribui.*

Alia tamen habent κα: ut κρινῶ κέκρικα &c.

De Præterito pluſquamperfecto.

Fit à Perfecto: ut ἔςρεφα ἐςρέφειν *verterã.*

Additur ε, ſi Perfectum incipiat à Conſonante: ut λέλεχα ἐλελέχειν *dixeram.*

Singula reliquorum Modorum Tempora fiũt ab Indicativo, hoc eſt Præſens à Præſẽti &c.

In Imperfecto et Aoriſtis aufertur ε, mutatæque Vocales & Diphthongi redeunt ad priſtinas: ut ἔτυψα τύψον verbera

ἤρησον ἄρησον cape.

Perfectum autẽ omnia retinet, ut in Tabulis.

Iam igitur ad Verbum Medium.

Præſ.

Hoc tamen Futuro carent tum plurima ex dictis, tum reliqua in εύω, ϋω, ύω, ήω, & alia, quæ Vſus docebit.

De Aoriſto primo.

Aoriſtus I. formatur à Futuro I. mutãdo ω in α, & ſervando regulas Imperfecti: ut

λέξω	ἔλεξα	*dixi*
ἐλπίσω	ἤλπισα	*ſperavi.*

Verba in λω μω νω ρω producũt penultimã, adeòq. mutãt α Futuri I. in η, & ε in ει: ut

ψαλῶ	ἔψηλα	*cantavi*
νεμῶ	ἔνειμα	*diſtribui.*

De Aoriſto ſecundo.

Aoriſtus II. fit à Futuro II. mutando ῶ in ον, & obſervando regulas Imperfecti: ut

φραδῶ	ἔφραδον	*dixi*
ἀκοῶ	ἤκοον	*audivi.*

De Præterito perfecto.

Perfectum fit à Futuro I. obſervando regulas Imperfecti, & mutando

ψω		φα:	στρέψω	ἔστρεφα	*verti*
ξω	in	χα: ut	ἄξω	ἦχα	*duxi*
σω		κα:	αἱρήσω	ἥρηκα	*cepi.*

Quod ſi Verbũ ab una tantùm incipiat Cõ-ſo-

ſonante, hanc reduplicat ante additū ε: ut
λέγω λέξω λέλεχα *dixi.*
Si à θ, φ, χ, reduplicat τ, π, κ: ut
θάπτω θάψω τέθαφα *ſepelivi*
φιλέω φιλήσω πεφίληκα *amavi*
χαράττω χαράξω κεχάρακα *inſculpſi*
Ex Futuris in λῶ ρῶ fit λκα ρκα: ut
ψαλῶ ἔψαλκα *cecini*
σπαρῶ ἔσπαρκα *ſeminavi.*
Ex νῶ μῶ fit νκα: ut μενῶ μεμένηκα *manſi*
νεμῶ νενέμηκα *diſtribui.*
Alia tamen habent κα: ut κρινῶ κέκρικα &c.

De Præterito pluſquamperfecto.

Fit à Perfecto: ut ἔστρεφα ἐστρέφειν *verterā.*
Additur ε, ſi Perfectum incipiat à Conſonante: ut λέλεχα ἐλελέχειν *dixeram.*
Singula reliquorum Modorum Tempora fiūt ab Indicativo, hoc eſt Præſens à Præſēti &c.
In Imperfecto et Aoriſtis aufertur ε, mutatæque Vocales & Diphthongi redeunt ad priſtinas: ut ἔτυψα τύψον verbera
ἦρησον ἄρησον cape.
Perfectum autē omnia retinet, ut in Tabulis.
Iam igitur ad Verbum Medium.

Præſ.

	INDICATIVVS	Imperf. Indicativi	IMPERATIVVS
Praes. S.	τύπτομαι	ἐτυπτόμην	
	ῃ	ου	τύπτου
	εται	ετο	έσθω
P.	τυπτόμεθα	ἐτυπτόμεθα	
	εσθε	εσθε	τύπτεσθε
	ονται	οντο	έσθωσαν
Fu. 1 S.	τύψομαι &c. ut τύπτομαι.		
Fu. 2 S.	τυποῦμαι		
	ῇ		
	εῖται		
P.	τυπούμεθα		
	εῖσθε		
	οῦνται		
Ao. 1 S.	ἐτυψάμην		
	ω		τύψαι
	ατο		άσθω
P.	ἐτυψάμεθα		
	ασθε		τύψασθε
	αντο		άσθωσαν
Ao. 2 S.	ἐτυπόμην ut ἐτυπτόμην.		τυποῦ ut τύπτου.
		Plusq. Indicativi	
Perf. S.	τέτυπα ut τέτυφα.	ἐτετύπειν ut ἐτετύφειν	τέτυπε ut τέτυφε.

τύπ-

OPTATIVVS	CONIVNCTIVVS	INFINITVS	PARTICIPIVM
τυπτοίμην	τύπτωμαι	τύπτεσθαι	ὁ τυπτόμενος
οιο	ῃ		τοῦ ομένου
οιτο	ηται		ἡ τυπτομένη
τυπτοίμεθα	τυπτώμεθα		τῆς ομένης
οισθε	ησθε		τὸ τυπτόμενον
οιντο	ωνται		τοῦ ομένου
τυψοίμην ut τυπτοίμην.		τύψεσθαι	ὁ τυψόμενος ut τυπτόμενος.
τυποίμην		τυπεῖσθαι	ὁ τυπούμενος
οῖο			τοῦ ουμένου
οῖτο			ἡ τυπουμένη
τυποίμεθα			τῆς ουμένης
οῖσθε			τὸ τυπούμενον
οῖντο			τοῦ ουμένου
τυψαίμην	τύψωμαι	τύψασθαι	ὁ τυψάμενος
αιο	ῃ		τοῦ αμένου
αιτο	ηται		ἡ τυψαμένη
τυψαίμεθα	τυψώμεθα		τῆς αμένης
αισθε	ησθε		τὸ τυψάμενον
αιντο	ωνται		τοῦ αμένου
τυποίμην ut τυπτοίμην.	τύπωμαι ut τύπτωμαι.	τυπέσθαι	ὁ τυπόμενος ut τυπτόμενος.
τετύποιμι ut τετύφοιμι.	τετύπω ut τετύφω	τετυπέναι	ὁ τετυπὼς ut τετυφώς.

De formatione Temporum Indicativi Medij.

Significationem huius Verbi omisimus in Tabula, quòd eadem sit ac in Activo.

Singula verò Indicativi medij Tempora formantur à Temporibus Indicativi activi, Præsens nimirum à Præsenti, Imperfectum ab Imperfecto, Futura à Futuris, Aoristi ab Aoristis.

Perfectum habet quidem terminationem ac regulas Perfecti activi, sed formatur à Futuro II. mutando ῶ in α: ut

τυπῶ	τέτυπα	*verberavi*
φιλῶ	πέφιλα	*amavi.*

Quædam, disyllaba, mutant ε & ει, penultimas Præsentis, in ο: ut

λέγω	λέλογα	*dixi*
σπείρω	ἔσπορα	*seminavi.*

Alia mutant ει in οι: ut

πείθω	πέποιθα	*persuasi.*
αι in η: ut	φαίνω πέφηνα	*ostendi.*
& α in η: ut	θάλλω τέθηλα	*florui.*

Ex hoc Perfecto formatur Plusquamperfectum eodem modo ac in Activo: ut

λέλογα	ἐλελόγειν	*dixeram.*

No-

Notandũ, quòd non omnia Verba habent terminationem activã, ac mediam; sed quædam in ω tantùm, quædam in ομαι, quædam verò exeunt in ω simul & ομαι; de quibus fusiùs in Annotationibus.

Reliquorum Modorum Tempora fiunt ab Indicativo, ut de Activis dictum est.

Annotationes præmittendæ Verbo Passivo.

Præsens & Imperfectum passivum in quolibet Modo idem sunt ac mediũ, adeòq; hic illa repetere nihil attinet. Ita τύπτομαι & ἐτυπτόμην sunt Præsens, & Imperfectũ Verbi passivi, & medij.

Perfectum & Plusquamperfectum circumloquimur per Participium, & Verbum εἰμὶ *sum*: ut τετυμμένος εἴην εἴης εἴη, *verberatus essem esses esset*: idque in omni Genere, ac Numero, ut apud Latinos.

In Indicativo tamẽ sola tertia persona Pluralis illorum Temporum ita circumscribitur: ut τετυμμένοι εἰσὶ *verberati sũt* &c. quanquam non in omnibus Verbis, ut in sequenti Verbi passivi Tabula clariùs patebit.

	INDICATIVVS	IMPERATIVVS	OPTATIVVS
	verberatus sum		verberatus essem
Perf. S.	τέτυμμαι	verberatus esto	τετυμμένος
	ψαι	τέτυψο	εἴην
	πται	φθω	εἴης εἴη
P.	τετύμμεθα		τετυμμένοι
	φθε	τέτυφθε	εἴημεν
	μμένοι εἰσί	φθωσαν	εἴητε εἴησαν
	verberatus eram fueram		
Plus. S.	ἐτετύμμην		
	ψο		
	πτο		
P.	ἐτετύμμεθα		
	φθε		
	τετυμμένοι ἦσαν		
	verberatus fui		verberatus sim
Aor. 1 S.	ἐτύφθην	verberator	τυφθείην
	θης	τύφθητι	θείης
	θη	θήτω	θείη
P.	ἐτύφθημεν		τυφθείημεν
	θητε	τύφθητε	θείητε
	θησαν	θήτωσαν	θείησαν
Aor. 2 S.	ἐτύπην &c.	τύπηθι &c.	τυπείην &c.
	verberabor		verberatus fuero
Fu. 1 S.	τυφθήσομαι		τυφθησοίμην
	ήσῃ		θήσοιο
	ήσεται		θήσοιτο
P.	τυφθησόμεθα		τυφθησοίμεθα
	θήσεσθε		θήσοισθε
	θήσονται		θήσοιντο
Fu. 2 S.	τυπήσομαι &c.		τυπησοίμην

CONIVNCTIVVS	INFINITVS	PARTICIPIVM
verberatus sim essem	verberatum esse	verberatus
τετυμμένος ὦ	τετύφθαι	ὁ τετυμμένος
ᾖς		τοῦ μμένου
ᾖ		ἡ τετυμμένη
τετυμμένοι ὦμεν		τῆς μμένης
ἦτε		τὸ τετυμμένον
ὦσι		τοῦ μμένου

verberatus sim fuissem	verberatum esse	verberatus
τυφθῶ	τυφθῆναι	ὁ τυφθείς
θῇς		τοῦ θέντος
θῇ		ἡ τυφθεῖσα
τυφθῶμεν		τῆς θείσης
θῆτε		τὸ τυφθέν
θῶσι		τοῦ θέντος
τυπῶ &c.	τυπῆναι	ὁ τυπείς &c.
	verberandum esse	verberandus
	τυφθήσεσθαι	ὁ τυφθησόμενος
		τοῦ θησομένου
		ἡ τυφθησομένη
		τῆς θησομένης
		τὸ τυφθησόμενον
		τοῦ θησομένου
	τυπήσεσθαι	ὁ τυπησόμενος

De formatione Temporum Indicativi Paſſivi.

Singulæ Perſonæ *Perfecti paſſivi* fiũt à prima Perfecti activi, mutando ut infra.

Perſona	SINGVLARIS 1	2	3	PLVRALIS 1	2	3
φα in	μμαι	ψαι	πται	μμεθα	φθε	μμένοι εἰσὶ
χα in	γμαι	ξαι	κται	γμεθα	χθε	γμένοι εἰσὶ
κα in	σμαι	σαι	σται	σμεθα	σθε	σμένοι εἰσὶ
	μαι	σαι	ται	μεθα	σθε	νται: ut

τέτυφα: τέτυμμαι τέτυψαι τέτυπται
τετύμμεθα τέτυφθε τετυμμένοι εἰσὶ

ἦχα: ἦγμαι ἦξαι ἦκται
ἤγμεθα ἦχθε ἠγμένοι εἰσί.

ἤκουκα: ἤκουσμαι ἤκουσαι ἤκουσται
ἠκούσμεθα ἤκουσθε ἠκουσμένοι εἰσί.

ἥρηκα: ἥρημαι ἥρησαι ἥρηται
ἡρήμεθα ἥρησθε ἥρηνται.

Singulæ Perſonæ *Pluſquamperfecti* fiunt à ſingulis Perfecti paſſivi, ut patet, Tertia plural. pro εἰσί, habet ἦσαν; pro νται, habet ντο; ut τετυμμένοι ἦσαν: ἥρηνται ἥρηντο.

Aoriſtus 1. fit à ſecunda perſona Pluralis Perfecti paſſivi mutando θε in θην, & auferendo, ubi adeſt, additam Conſonantem; ut τέτυφθε, ἐτύφθην: ἤκουσθε, ἠκούσθην.

Aori-

Aoristus II. ab Aoristo II. activo: ut: ἔτυ-πον, ἐτύπην: ἔσπαρον, ἐσπάρην.

Futurum I. ab Aoristo I. passivo: ut ἐτύφθην, τυφθήσομαι: ἐλέχθην, λεχθήσομαι.

Futurum II. ab Aor. II. passivo: ut ἐτύπην τυπήσομαι: ἐσπάρην, σπαρήσομαι.

De Verbis Contractis vulgò Circumflexis.

Verba in έω, άω, & όω, in Præsenti ac Imperfecto omnium Modorum, habēt contractionem duarum syllabarũ in unã, sic.

In Verbis in έω ubique aufertur ε: ut φιλέω, φιλῶ: φιλέειν φιλεῖν.

At syllabæ εε mutātur in ει: ut φιλέετε εῖτε. & εο in ου: ut ἐφίλεον, ἐφίλουν.

In Verbis in άω mutantur αο & αω in ω: ut ἐτίμαον, ἐτίμων: τιμάωμαι, τιμῶμαι.

Reliquæ, in α: ut ἐτίμαες ἐτίμας.

Subscribitur ι, ubi adest: ut τιμάει, τιμᾷ.

In Verbis in όω mutantur οη & οω in ω: ut ἰδρόητε ἰδρῶτε, ἰδρόω ἰδρῶ.

όη & όει in οι: ut ἰδρόεις ἰδροῖς: ἰδρόῃ ἰδροῖ.

Reliquæ, in ου: ut ἰδρόετε, ἰδροῦτε: ἴδροον, ἴδρουν: ἰδρόου, ἰδροῦ.

Infinit. όειν mutatur in οῦν: ut ἰδρόειν, ἰδροῦν.

De

De ratione investigandi Thematis.

Investigare Thema nihil aliud est, quàm cuiuscunque Temporis Personas resolvere, & ad primam Præsentis Indicativi activi in ω, quæ Thema, sive Radix est omnium Temporum, reducere: exempli gratia,

ἔλεξα dixi, *ad* λέγω dico;

ut deinde Verborum significatio quæri possit in Lexicis: quod si quis præstiterit, sciat, se maximã Græcæ Linguæ difficultatẽ evasisse.

Ad hoc præstandum, oportet Verbum τύπτω *ac* τύπτομαι *diligenter memoriæ mandare, eorumque formationem, ac terminationem ita in promptu habere, ut statim propositæ aliorum Verborum terminationes cum* τύπτω *comparari, (*ᾄσω, *exempli causa, cum* τύψω, ἠρηκὼς *cum* τετυφὼς*) eorumque Tempora ex eiusdem Temporibus erui possint.*

Quia verò hæc omnia longo indigent studio, ac labore, breves aliquot Annotationes, ex formatione Temporum excerptas, hic adiungimus, quæ licet aliquã admittant exceptionẽ, attamen ex his maximum ad investiganda Verborum Themata lumen derivatur.

Huius-

Huiusmodi Annotationes, in ultimis syllabis, & initio Temporũ versantur, ac tales sunt.

Literæ ψ, ξ, σ, *Futurum I. vel Aoristum I. denotant: ut*

ἔτυψα	τυψαίμην	τύψομεν	τύψων
ἔλεξα	λεξαίμην	λέξομεν	λέξων
ᾖσα	ᾀσαίμην	ᾄσομεν	ᾄσων.

Literæ φ, χ, κ, *Perfectum & Plusquamperfectum indicant: ut*

τέτυφα	ἐτετύφειν	τετυφέναι	τετυφὼς
λέλεχα	ἐλελέχειν	λελεχέναι	λελεχὼς
ἦκα	ἤκειν	ἠκέναι	ἠκώς.

Quæ duo Tempora discernuntur etiam ex addita ante ε *Consonante, quam ubiq. seruãt.*

φθ, χθ, & σθ, *denotant Aoristum I. & Futur. I. passiuum: ut* ἐτύφθην τυφθήσεσθαι

ἐλέχθην	λεχθεὶς	λεχθήσεσθαι
ἠκούσθην	ἀκουσθεὶς	ἀκουσθήσεσθαι.

Eadem interdum denotat simplex θ: *ut*

ἡρέθην	αἱρεθεὶς	αἱρεθήσεσθαι.

Aliquando denotãt personam II. plur. Perfecti passiui, & Perfectũ Imperat. passiui: ut

τέτυφθε	τετύφθω	τετύφθωσαν
λέλεχθε	λελέχθω: ἦκουσθε	ἠκούσθωσαν.

 Reli-

Reliquæ literæ indicant Præsens, Imperfectū, Aoristum II. & Futurum II. ut

τύπτομεν ἔτυπτον τυπτόμεθα τυπεῖσθαι
λέγομαι ἔλεγον λεγόμεθα λεγέσθαι
ἀκούομαι ἤκουον ἀκουόμεθα ἀκουόμενος.

Vocales ε, η, & ω initio Verborum, denotant Tempora præterita Indicativi: ut pag. 34.

Hæc de Temporibus. Iam verò ad Modos.

άτω		τυψάτω
άσθω		τυψάσθω
έτω	*denotant Imperativū: ut*	τυπτέτω
έσθω		τυπτέσθω
ήτω		τυφθήτω.
αι		τύψαιμι.
ειη	*denotant Optativum: ut*	τυπτείην
οι		τύπτοις.
η		τύπτητε
ῃ	*denotant Coniunctivū: ut*	τύψῃς
ω		τύπτωμαι.
αι		τύψαι
ειν		τύπτειν
έναι	*denotant Infinitum: ut*	τετυπέναι
ῆναι		τυφθῆναι
σθαι		τύπτεσθαι.

αντ

αντ		τύψαντος
εισ		τυφθεῖσα
εντ		τυφθέντες
μένη	*denotant Participium: ut*	τυψαμένη
μενο		τυπτόμενος
οντ		τύπτοντα
ουντ		τυποῦντι
ων		τύπτων.

Aliæ terminationes, ac syllabæ denotant Indicativum: ut τύψεις, τυποῦμεν, ἔτυπον, *&c.*

De Verbis Anomalis.

Ανώμαλα, ideſt *Irregularia*, ſive *Defectiva*, ea dicuntur Verba, quæ aliter, ac τύπτω, alicubi coniugantur, & pleriſque carent Temporibus, quorum defectum ex inuſitato eorum Themate ſupplent. Ea verò vel exeunt in μι, de quibus in præſenti, vel in ω, & ομαι, de quibus infra agendũ. Verba igitur in μι ſolùm in Præſenti, Imperfecto, & Aoriſto II. differũt à τύπτω: ut patet in τίθημι, *pono*, ab inuſitato θέω; in ἵστημι, *ſto*, à στάω; in δίδωμι, *do*, à δόω; in δείκνυμι, *oſtendo*, à δεικνύω; quorũ differentiam à τύπτω ſequens exhibet Tabula.

INDICATIVI Præsens.

S.	τίθημι	ἵστημι	δίδωμι	δείκνυμι
	τίθης	ἵστης	δίδως	δείκνυς
	τίθησι	ἵστησι	δίδωσι	δείκνυσι
P.	τίθεμεν	ἵσταμεν	δίδομεν	δείκνυμεν
	τίθετε	ἵστατε	δίδοτε	δείκνυτε
	τιθεῖσι.	ἱστᾶσι.	διδοῦσι.	δεικνῦσι.

Imperfectum.

S.	ἐτίθην	ἵστην	ἐδίδων	ἐδείκνυν
	ἐτίθης	ἵστης	ἐδίδως	ἐδείκνυς
	ἐτίθη	ἵστη	ἐδίδω	ἐδείκνυ
P.	ἐτίθεμεν	ἵσταμεν	ἐδίδομεν	ἐδείκνυμεν
	ἐτίθετε	ἵστατε	ἐδίδοτε	ἐδείκνυτε
	ἐτίθεσαν.	ἵστασαν.	ἐδίδοσαν.	ἐδείκνυσαν.

Aoristus II.

S.	ἔθην	ἔστην	ἔδων	*Verba in*
	ἔθης	ἔστης	ἔδως	*υμι carent*
	ἔθη	ἔστη	ἔδω	*Aoristo II.*
P.	ἔθεμεν	ἔστημεν	ἔδομεν	
	ἔθετε	ἔστητε	ἔδοτε	
	ἔθεσαν.	ἔστησαν.	ἔδοσαν.	

IMPERATIVI Præsens & Imperfectum.

S.	τίθετι	ἵσταθι	δίδοθι	δείκνυθι
	τιθέτω	ἱστάτω	διδότω	δεικνύτω
P.	τίθετε	ἵστατε	δίδοτε	δείκνυτε
	τιθέτωσαν.	ἱστάτωσαν.	διδότωσαν.	δεικνύτωσαν.

Aori-

Aoristus II.

S. θέτι & θὲς	στῆθι	δόθι & δὸς	
θέτω	στήτω	δότω	
P. θέτε	στῆτε	δότε	
θέτωσαν.	στήτωσαν.	δότωσαν.	

OPTATIVI Præsens & Imperfectum.

S. τιθείην	ἱσταίην	διδοίην	*Caret*
τιθείης	ἱσταίης	διδοίης	*etiam*
τιθείη	ἱσταίη	διδοίη	*integro*
P. τιθείημεν	ἱσταίημεν	διδοίημεν	*Opta-*
τιθείητε	ἱσταίητε	διδοίητε	*tivo,*
τιθείησαν.	ἱσταίησαν.	διδοίησαν.	

Aoristus II.

S. θείην &c.	σταίην &c.	δοίην &c.

CONIVNCTIVI Præsens & Imperfectum.

S. τιθῶ	ἱστῶ	διδῶ	*& Cō-*
τιθῇς	ἱστᾷς	διδῷς	*iunctí-*
τιθῇ	ἱστᾷ	διδῷ	*vo.*
P. τιθῶμεν	ἱστῶμεν	διδῶμεν	
τιθῆτε	ἱστᾶτε	διδῶτε	
τιθῶσι.	ἱστῶσι.	διδῶσι.	

Aoristus II.

S. θῶ	στῶ	δῶ
θῇς	στῇς	δῷς
θῇ	στῇ	δῷ
P. θῶμεν	στῶμεν	δῶμεν
θῆτε θῶσι.	στῆτε στῶσι.	δῶτε δῶσι.

INFI-

INFINITI Præsens & Imperfectum.

τιθέναι. ἱστάναι. διδόναι. δεικνύναι.

Aoristus II.

θεῖναι. στῆναι. δοῦναι.

PARTICIPII Præsens & Imperfectum.

ὁ τιθεὶς ἱστὰς διδοὺς δεικνὺς
τοῦ τιθέντος ἱστάντος διδόντος δεικνύντος
ἡ τιθεῖσα ἱστᾶσα διδοῦσα δεικνῦσα
τῆς τιθείσης ἱστάσης διδούσης δεικνύσης
τὸ τιθὲν. ἱστὰν. διδὸν. δεικνὺν &c.

Aoristus II.

ὁ θεὶς στὰς δοὺς &c.

MEDII INDICATIVI Præsens.

S. τίθεμαι ἵσταμαι δίδομαι δείκνυμαι
τίθεσαι ἵστασαι δίδοσαι δείκνυσαι
τίθεται ἵσταται δίδοται δείκνυται
P. τιθέμεθα ἱστάμεθα διδόμεθα &c. *ut*
τίθεσθε ἵστασθε δίδοσθε *in reli-*
τίθενται. ἵστανται. δίδονται. *quis.*

Imperfectum.

S. ἐτιθέμην ἱστάμην ἐδιδόμην
ἐτίθεσο ἵστασο ἐδίδοσο
ἐτίθετο ἵστατο ἐδίδοτο
P. ἐτιθέμεθα ἱστάμεθα ἐδιδόμεθα
ἐτίθεσθε ἵστασθε ἐδίδοσθε
ἐτίθεντο. ἵσταντο. ἐδίδοντο.

Aoristus II.

S. ἐθέμην. ἐστάμην. ἐδόμην &c.

IMPERATIVI Præsens & Imperfectum.

S.	τίθεσο	ἵϛασο	δίδοσο	δείκνυσο
	τιθέσθω	ἱϛάσθω	διδόσθω	δεικνύσθω
P.	τίθεσθε	ἵϛασθε	δίδοσθε	δείκνυσθε
	τιθέσθωσαν.	ἱϛάσθωσαν.	διδόσθωσαν.	δεικνύσθωσαν.

Aoristus II.

S. θέσο ϛάσο δόσο &c.

OPTATIVI Præsens & Imperfectum.

S.	τιθείμην	ἱϛαίμην	διδοίμην
	τιθεῖο	ἱϛαῖο	διδοῖο
	τιθεῖτο	ἱϛαῖτο	διδοῖτο
P.	τιθείμεθα	ἱϛαίμεθα	διδοίμεθα
	τιθεῖσθε	ἱϛαῖσθε	διδοῖσθε
	τιθεῖντο.	ἱϛαῖντο.	διδοῖντο.

Aoristus II.

S. θείμην ϛαίμην δοίμην &c.

CONIVNCTIVI Præsens & Imperfectum.

S.	τιθῶμαι	ἱϛῶμαι	διδῶμαι
	τιθῇ	ἱϛᾷ	διδῷ
	τιθῆται	ἱϛᾶται	διδῶται
P.	τιθώμεθα	ἱϛώμεθα	διδώμεθα
	τιθῆσθε	ἱϛᾶσθε	διδῶσθε
	τιθῶνται.	ἱϛῶνται.	διδῶνται.

Aoristus II.

θῶμαι ϛῶμαι δῶμαι &c.

INFINITI Præsens & Imperfectum.

τίθεσθαι. ἵϛασθαι. δίδοσθαι. δείκνυσθαι.

θέσθαι. ϛάσθαι. δόσθαι. Aor. 2.

PAR-

PARTICIPII Præsens & Imperfectum.

τιθέμενος ἱστάμενος διδόμενος δεικνύμενος.

Aoristus II.

θέμενος στάμενος δόμενος.

De Passivo non opus est agere; caret enim Aoristo II, eiusque Præsens, ac Imperfectum idem sunt, ac in Medio.

Significationē Temporū omisimus; quòd eadem sit, àc in τύπτω, & τύπτομαι.

Verba igitur in μι fiunt ab inusitatis in έω, άω, όω, & ύω, à quibus reliqua Tempora desumuntur, eaq. ut in τύπτω coniugantur. Ita, à θέω fit θήσω, *ponam*; ἔθηκα (pro ἔθησα) & Medium ἐθηκάμην, *posui*; τέθεικα (pro τέθηκα) *posui*; τέθειμαι, *positus sū*: à στάω fit στήσω, *stabo*; ἔστηκα (pro ἔστησα) & ἐστηκάμην, *steti* &c. à δόω fit δώσω, *dabo*; ἔδωκα (pro ἔδωσα) & δέδωκα, *dedi* &c.

At in Verbis in ύω Tempora sumuntur ab alio Themate. Ita δείκνυμι, à δείκω habet δείξω, *ostendam*; δέδειχα, ἔδειξα, ἐδειξάμην, *ostendi*; δέδειγμαι, *ostensus sum* &c.

Subiungimus catalogum Verborum in μι, unà cum eorū Themate inusitato, in quo noscēdo, Anomalorū difficultas versatur.

Cata-

Catalogus Verbor. in μι ab έω, άω, όω, ύω.

Ab inusitatis in έω sunt

Ἄημι	*spiro*	ab	ἀέω.
Δίδημι	*ligo*	à	δέω.
Εἴδημι	*scio*	ab	εἰδέω.
Εἰμὶ	*sum*	ab	ἔω.
Εἶμι	*vado*	ab	ἔω.
Ἴημι	*eo*	ab	ἔω.
Ἵημι	*cupio*	ab	ἕω.
Ἵημι	*mitto*	ab	ἕω.
Ἧμαι	*sedeo*	ab	ἕω.
Κεῖμαι	*iaceo*	à	κέω.

& coniugantur ut τίθημι, & τίθεμαι.

Ab inusitatis in άω sunt

Ἄγαμαι	*miror*	ab	ἀγάω.
Βίβημι	*gradior*	à	βάω.
Γήρημι	*seneo*	à	γηράω.
Δίδρημι	*fugio*	à	δράω.
Δύναμαι	*possum*	à	δυνάω.
Ἔραμαι	*amo*	ab	ἐράω.
Ἵπταμαι	*volo las*	à	πτάω.
Ἵσημι	*scio*	ab	ἰσάω.
Κίρνημι	*misceo*	à	κεράω.
Κίχρημι	*commodo*	à	χράω.

Κρέμνημι	*suspendo*	à	κρεμάω.
Ὀνίνημι	*iuuo*	ab	ὀνάω.
Πέρνημι	*vendo*	à	περάω
Πίπλημι	*impleo*	à	πιπλάω.
Πίπρημι	*incendo*	à	πράω.
Πρίαμαι	*emo*	à	πριάω.
Σκίδνημι	*spargo*	à	σκεδάω.
Τέθνημι	*morior*	à	θνάω.
Τέθλημι	*sustineo*	à	τλάω.
Τίτρημι	*perforo*	à	τράω.
Φημὶ	*dico*	à	φάω.
Φθῆμι	*præuenio*	à	φθάω.

& coniugantur ut ἵστημι, & ἵσταμαι.

Ab inusitatis in όω sunt

Ἅλωμι	*capio*	ab	ἁλόω.
Βίωμι	*viuo*	à	βιόω.
Γνῶμι	*cognosco*	à	γνόω.

& coniugantur ut δίδωμι.

Ab inusitatis in ύω, & ω sunt

Εἴργνυμι	*claudo*	ab	εἰργνύω	& εἴργω.
Ἕννυμι	*vestio*	ab	ἐννύω	& ἕω.
Ζέννυμι	*ferueo*	à	ζεννύω	& ζέω.
Ζεύγνυμι	*iungo*	à	ζευγνύω	& ζεύγω.
Ζώννυμι	*cingo*	à	ζωννύω	& ζόω.

Κεράν-

Κεράννυμι	*misceo*	à κεραννύω	κεράω.
Κορέννυμι	*satio*	à κορεννύω	κορέω.
Κρεμάννυμι	*pendeo*	à κρεμαννύω	κρεμάω.
Κτίννυμι	*occido*	à κτιννύω	κτείνω.
Μίγνυμι	*misceo*	à μιγνύω	μίγω.
Ὄλλυμι	*perdo*	ab ὀλλύω	ὀλέω.
Ὄμνυμι	*iuro*	ab ὀμνύω	ὀμόω.
Πετάννυμι	*pando*	à πεταννύω	πετάω.
Πήγνυμι	*cōpingo*	à πηγνύω	πήγω.
Ῥήγνυμι	*rumpo*	à ῥηγνύω	ῥήγω.
Ῥώννυμι	*roboro*	à ῥωννύω	ῥόω.
Σβέννυμι	*extinguo*	à σβεννύω	σβέω.
Σκεδάννυμι	*spargo*	à σκεδαννύω	σκεδάω.
Στρώννυμι	*sterno*	à στρωννύω	στρόω.
Τίννυμι	*luo*	à τιννύω	τίω.
Φράγνυμι	*sepio*	à φραγνύω	φράσσω.
Χρώννυμι	*coloro*	à χρωννύω	χρόω.
Χώννυμι	*aggero*	à χωννύω	χόω.
Δῦμι	*subeo*	à δύω.	
Κλῦμι	*audio*	à κλύω.	
Πλήγνυμι	*plango*	à πλήγω.	
Πτάρνυμαι	*sternuto*	à πταίρω.	
Φῦμι	*nascor*	à φύω.	

& coniugantur ut δείκνυμι, & δείκνυμαι.

Ex his Verbis, nonnulla sic coniugātur in Temporibus usu frequentioribus.

S. εἶμι eo, εἶς vel εἶ, εἶσι. P. ἴμεν ἴτε εἶσι.
S. εἶν ibam, εἶς εἶ. P. ἴμεν ἴτε ἴσαν.
εἶκα, ivi, ut τέτυφα: εἴκειν, iveram.
ἴον ivi: ut ἔτυπον.
S. ἴθι, vel εἶ, i, vade, ἴτω. P. ἴτε ἴτωσαν.
Aor. 2. ἴε ἰέτω ut τύπε.
ἴοιμι, irem: ἴω, eam: ut τύποιμι, & τύπω.
εἶναι ire. ἰὼν iens, ut τυπών.

Sic inflectuntur composita πρόσειμι adeo, ἄπειμι abeo, πάρειμι accedo &c.

Ἵημι vado: ἵεσαν ibant: ἰείη iret: ἰέναι ire: unde ἀπιέναι abire: προσιέναι adire &c.

Ἵημι mitto: ἵην mittebam, ut ἐτίθην: vel ἵουν ἵεις ἵει, contract. ab ἱέω.
ἧκα misi: ut ἔτυψα.
Aor. 2. S. ἧν ἧς ἧ. P. ἕμεν ἕτε ἕσαν.
ἵεθι mitte. ἱέναι mittere: εἶναι misisse.
ἱεὶς mittens: εἷς qui misit. Medium, ἵεμαι.

Sic & ἀφίημι dimitto: καθίημι demitto &c.

Ex ἵημι cupio, fit συνίημι intelligo: Aor. 1. συνῆκα intellexi: Imperat. συνίεθι intellige: Particip. συνιεὶς intelligens: Aor. 1. συνεὶς.

Κεῖμαι *r. iaceo* : κεῖσαι κεῖται.
P. κείμεθα κεῖσθε κεῖνται.
ἐκείμην *iacebam*: ut ἐτιθέμην.
κεῖσο *iace*: κεῖσθαι: *iacere*: κείμενος *iacens*.
Sic & ἀνάκειμαι *recumbo*: ἐπίκειμαι *incumbo*:
διάκειμαι *affectus sum*: περίκειμαι *circũiaceo*.
Ἧμαι *sedeo*, ut τίθεμαι; sed ubique retinet suum η, sicut etiam compositum κάθημαι *insedeo*.
Ἴσημι *scio*: ἴσην *sciebam*: ut ἵστημι.
Aor. 2. Imperat. ἴσθι ἴσω. P. ἴστε ἴσωσαν.
Medium, ἴσαμαι, vel ἵσαμαι: unde ἐπίσαμαι *scio*: ἐπισάμην *sciebã*: ἐπιστήσομαι *sciã*.
Φημὶ *dico*: ἔφην *dicebam*, vel *dixi*, ut ἔστην:
& sine ε, φῆν φῆς φῆ: & sine φ, ἦν ἦς ἦ.
Aor. 1. ἔφησα *dixi*, ut ἔτυψα.
φάθι *dic*: φαίην *dicerem*: φῶ *dicam*.
φάναι *dicere*: φὰς *dicens*.
Medium, ἐφάμην *dixi*: φάμενος *dicens*.
Δύναμαι *possum*: ἐδυνάμην *poteram*.
δεδύνημαι *potui*, ut ἥρημαι pag. 46.
ἐδυνήθην *potui*, ut ἐτύφθην: δυνηθήσομαι *potero*: δυνηθείην, δυνηθῶ *potuerim*: &c.
Γνῶμι *cognosco*: ἔγνων *cognovi* &c.

De

De Verbis Anomalis in ω, & ομαι.

Anomala in ω, & ομαι faciliora ſunt, quàm in μι; coniugantur enim ut τύπτω, & τύπτομαι, quanquam non ultra Imperfectũ; adeoq. deſumunt Futura, Aoriſtos, Perfectum, & Pluſquamperfectum à Themate inuſitato.

Exempli gratia: ἁμαρτάνω, *pecco*, ἡμάρτανον *peccabam*: At Futurum eſt ἁμαρτήσω *peccabo*, ab ἁμαρτέω, unde ἡμάρτησα, ἥμαρτον, ἡμάρτηκα, *peccaui*.

Ea ferè deſinunt in

άω	άνω	ίνω	ύλλω	κλω	νέω	σκω
άζω	είω	ύω	βλω	λω	ίζω	τμω
άνω	είνω	ύκω	θω	νάω	πω	φλω

&c. ut in ſequenti Catalogo; in quo uſitatiora Anomala, eorumque Themata inuſitata exhibemus.

Verba Anomala.		*Themata inuſitata.*
Αἱρέω	*capio*	ἕλω.
Αἰσθάνομαι	*ſentio*	αἰσθέομαι.
Ἁλίσκω	*capio*	ἁλέω.
Ἁμαρτάνω	*pecco*	ἁμαρτέω.
Ἀμβλώσκω	*hebeto*	ἀμβλόω.

Verba

Verba Anomala.		*Themata inusitata.*
Ἀρέσκω	*placeo*	ἀρέω.
Αὐξάνω	*augeo*	αὐξέω.
Ἄχθομαι	*indignor*	ἀχθέομαι.
Βαίνω	*gradior*	βάω.
Βλαστάνω	*germino*	βλαστέω.
Βάλλω	*iacio*	βλέω.
Βούλομαι	*volo vis*	βουλέομαι.
Γαμέω	*uxorē duco*	γάμω.
Γίγνομαι	*fio, sum*	γενέομαι.
Γιγνώσκω	*cognosco*	γνόω.
Δάκνω	*mordeo*	δήκω.
Διδάσκω	*doceo*	διδάχω.
Δοκέω	*videor*	δόκω.
Ἐθέλω	*volo vis*	ἐθελέω.
Εἴδω	*scio*	εἰδέω.
Ἔρχομαι	*venio*	ἐλεύθω.
Εὑρίσκω	*invenio*	εὑρέω.
Ἔχω	*habeo*	σχέω.
Θέλω	*volo vis*	θελέω.
Θνήσκω	*morior*	θνάω.
Ἱκνέομαι	*pervenio*	ἵκομαι.
Κερδαίνω	*lucror*	κερδέω.
Λαμβάνω	*accipio*	λήβω.

Verba

Verba Anomala.		*Themata inusitata.*
Λαγχάνω	*sortior*	λήχω.
Λανθάνω	*lateo*	λήθω.
Μανθάνω	*disco*	μαθέω.
Μάχομαι	*pugno*	μαχέομαι.
Μέλει	*curæ est*	μελέει.
Μιμνήσκω	*memoro*	μνάω.
Οἴομαι	*puto*	οἰέομαι.
Ὀφείλω	*debeo*	ὀφειλέω.
Πάσχω	*patior*	παθέω.
Πίνω	*bibo*	πόω.
Πίπτω	*cado*	πέτω.
Πυνθάνομαι	*sciscitor*	πεύθομαι.
Πιπράσκω	*vendo*	περάω.
Σπένδω	*libo*	σπείδω.
Στερίσκω	*privo*	στερέω.
Τέμνω	*seco*	τμήγω.
Τίκτω	*pario*	τέκω.
Τιτρώσκω	*vulnero*	τρώω.
Τρέχω	*curro*	δραμέω.
Τρώγω	*manduco*	φήγω.
Τυγχάνω	*nanciscor*	τεύχω τυχέω
Ὑπισχνέομαι	*promitto*	ὑποσχέομαι.
Φάσκω	*dico*	φάω.

Verba

Verba Anomala. *Themata inusitata.*

		οἴω.
Φέρω	*fero*	ἐνέγκω.
		ἐνέχω.
Φθάνω	*prævenio*	φθάω.
Φθίνω	*tabesco*	φθίω.
Χαίρω	*gaudeo*	χαρέω.
Χάσκω	*dehisco*	χαίνω.
Χέω	*fundo*	χεύω, χύω.
Χρὴ	*oportet*	χρῆμι.
Ὠθέω	*expello*	ὤθω.

Composita, ut καταμανθάνω *addisco*, συγχαιρέω *gratulor*, &c. easdem habent exceptiones.

Quia verò nonnulla Anomalorũ Tempora ex investigato Themate formanda, vel non sunt in usu, vel aliquã literarum mutationem admittunt, aliasque dfficultates habent, quæ Tyronibus maximæ, ut experti sumus, molestiæ esse solent; ideo, eas omnes, cæteraq. Anomala, de industria omissa, in nostrum *Lexicon Poeticum* brevi edendũ, rejecimus: quanquam ex dictis facile est reliqua discernere.

Annotationes ad I. Declinationem.

Cum supra de Nominibus, ac Verbis ageremus, plura tunc minùs necessaria, brevitatis & claritatis gratia, omisimus, quæ Lectoribus post regulas universales, commodiùs hic proponemus.

Nonnulla igitur Nomina in ας, *I. Declinationis, Genitivum sing. habent in* α: *ut*

Θωμᾶς Thomas τοῦ Θωμᾶ.
Ἰούδας Iudas τοῦ Ἰούδα.

Alia, habent ου, *&* α: *ut*

Ἀρχύτας *Archytas,* τοῦ Ἀρχύτου & Ἀρχύτα.
πατραλοίας homicida, τοῦ πατραλοίου λοία.

Quædam in στης, *habent Vocativum sing. in* α *&* η: *ut* ληστὴς latro, ὦ ληστὴ & ληστά.
Θυέστης *Thyestes,* ὦ Θυέστη & Θυέστα.

Annotationes ad II. Declinationem.

Nomina in δα, *&* θα, *Genitivum habent in* ας, *& Dativum in* ᾳ: *ut*

Λήδα *Leda,* τῆς Λήδας τῇ Λήδᾳ.
Μάρθα *Martha,* τῆς Μάρθας τῇ Μάρθᾳ.

Ex Nominibus neutris Atticis, unum est in ως, *nimirum* τὸ χρέως debitum, *pro quo dicitur etiam* χρεών.

Duo, in ω: ἀγήρω, senij expers.
ἐπίπλεω plenum.

Ex alijs Nominibus, quinque Accusativum singularem habent in ω, *nimirum*

ὁ ἄθως, Atho *mons*, τὸν ἄθω.
ἡ ἕως, Aurora, τὴν ἕω.
ἡ κέως, Ceos *insula*, τὴν κέω.
ἡ κῶς, Cos *insula*, τὴν κῶ.
ὁ λαγὼς, lepus, τὸν λαγώ.

quanquam & admittunt ν: *ut* τὸν ἄθων.

Annotationes ad III. Declinationem.

In Genitivo singulari.

Genitivus formatur à Nominativo, ut infra. N *denotat Nominativũ,* G *Genitivũ.*

N.	G.	N.	G.	N.	G.
α:	ατος.		ατος.		ειδος.
	ανος.	ας	αος.	εις	ενος.
αν	αντος.	αυς:	αος.		εντος.
	αρος.	ειρ:	ειρος.	ους:	εος.
αρ	ατος.		ενος.		ενος.
	αδος.	εν	εντος.	ην	ηνος.
ας	ανος.	ες:	εος.		ερος.
	αντος.		αιδος	ηρ	ηρος.
		αις	αιτος		

N.	G.	N.	G.	N.	G.
	εος.	ορ	ορος.	ω	οος.
	εντος.		εος.		ονος.
ης	ηντος.	ος	οτος.		οντος.
	ητος.	ουν	οδος.	ων	ουντος.
	ιτος.		ουντος.		ωνος.
ι	ιος.		οος.		ωντος.
ιν	ινος.		οντος.		ορος.
	ιδος.	ους	ουντος.	ωρ	ωρος.
	ιθος.		ωτος.		οος.
ις	ιος.	ρς	ρτος.		οτος.
	ιστος.	υ	εος.	ως	ωος.
	ιτος.		υος.		ωτος.
λς	λος.		υνος.		βος.
νς	νθος.	υν	υντος.	ψ	πος.
	γος.	υρ	υρος.		φος.
	κος.		εος.		
ξ	κτος.		υδος.		
	χος.	υς	υθος.		
	ονος.		υος.		
ον	οντος.		υντος.		

In Accusativo singulari.

Nomina in ις, *&* υς, *quorum Genitivus est in* ος *non* purū, *habent Accusativū in* α, *et in*

in ν: ut ἡ ἔρις lis, τῆς ἔριδος, τὴν ἔριν, *&* ἔριδα: ὁ νέηλυς, novus advena, τοῦ νεήλυδος τὸν νεήλυδα, *&* νέηλυν.

Nomina in αυς, faciunt αυν: ut ἡ ναῦς, navis τὴν ναῦν: *in ους, faciunt ουν: ut ὁ βοῦς* bos, τὸν βοῦν.

In Dativo plurali.

Ὁ ποῦς, pes, *&* τὸ οὖς, auris, *habent* τοῖς ποσί, *&* τοῖς ὠσί.

Υἱός filius, *&* δρομεύς curſor, *pro* υἱεῦσι *&* δρομεῦσι, *faciunt* υἱέσι *&* δρομέσι.

Γαστὴρ, venter, *potius habet* γαστῆρσι, *quàm* γαστράσι.

Annotationes ad Nomina Contracta.

Præter ea, quæ pag. 15. *&* 16. *recenſuimus, alia etiã Nomina contrahũtur, tum in III. tum in I. & II. Declinatione. In III. ſunt Nomina in ους, in Nom. Acc. & Voc. plur. ut ὁ βοῦς* bos: οἱ βόες βοῦς: τοὺς βόας βοῦς.

Fœminina in ω, & ως, in ſolo Singulari: ut ἡ Λητώ Latona: τῆς Λητόος Λητοῦς: τῇ Λητόϊ Λητοῖ: τὴν Λητόα Λητώ: ὦ Λητοῖ. *Dualis verò & Pluralis ſpectant ad II. Declinationem: ut,* τὰ Λητώ, ταῖν Λητοῖν, *&c.*

Sic

Sic & αἰδὼς, pudor: τῆς αἰδό(ος), αἰδοῦς
Nomina in ηρ in Gen. & Dat. singula
πατὴρ, τοῦ πατέρος πατρὸς, τῷ πατέρι π
ἀνὴρ vir, τοῦ ἀνέρος ἀνδρὸς, τῷ ἀνέρι ἀν
Comparatiua in ων, in Accus. sing. No
Accus. & Vocatiuo plurali: ut
μείζων: μείζονα maiorē, μείζοα μείζω
μείζονες maiores, μείζοες μείζους
μείζονας, maiores, μείζοας μείζους:
μείζονα maiora, μείζοα μείζω:
Sic & βελτίων, ἀμείνων, χείρων, &c.
Nomina propria, à κλέος composita, va
contrahuntur: ut ὁ Ἡρακλέης, Ἡρακλῆς
Hercules: τοῦ Ἡρακλέεος, κλέος, πλέους, κλοῦ
τῷ Ἡρακλέει, κλέει, κλεῖ: &c.
Nomina in ης purū, Accusatiuum sing. con-
trahunt in η & in ᾶ: ut ἀφυής, ingeni-
osus, ἀφυέα, ἀφυῆ, & ἀφυᾶ.

De Contractis in I. Declinatione.

Fœminina in άα, & ρέα, sic contrahuntur:
ἡ μνάα μνᾶ mina, τῆς μνάας μνᾶς:
τῇ μνάᾳ μνᾷ: τὴν μνάαν μνᾶν &c.
ἡ ἀργυρέα ἀργυρᾶ argētea. &c.
Reliqua in έα, sic: ἡ γέα terra, γῆ: τῆς γέας γῆς:
τῇ

τῇ νέᾳ γῇ: τὴν νέαν γῆν &c.

Itemq. Nomina in όη: ut

διπλόη διπλῆ duplex, διπλόης πλῆς &c.

Masculina in έας, sic contrahuntur:

Ἑρμέας Ἑρμῆς Mercurius: τοῦ Ἑρμέου Ἑρμοῦ τῷ Ἑρμέᾳ Ἑρμῇ: τὸν Ἑρμέαν Ἑρμῆν; &c.

De Contractis in II. Declinatione

Nomina in οος, & οον sic contrahuntur:

ὁ νόος νοῦς mens, τοῦ νόου νοῦ: τῷ νόῳ νῷ &c.

τὸ καλλίρροον καλλίρρουν pulchrifluum &c.

In his ubiq. aufertur primũ ο, excepto Nominat. & Acc. sing. ubi contractio est in ου.

Itemq. Nomina in εος, & εον: ut

χρύσεος χρυσοῦς aureus, χρύσεον χρυσοῦν aureum: τοῦ χρυσέου χρυσοῦ: τῷ χρυσέῳ χρυσῷ: οἱ χρύσεοι χρυσοῖ: τὰ χρύσεα χρυσᾶ τοῖς χρυσέοις χρυσοῖς &c.

Plura trademus in Dialectis.

Annotationes ad Comparativa, & Superlativa.

Comparativa & Superlativa fiunt etiam ex Substantivis: ut τὸ κέρδος lucrum, κερδίων lucrosior, κέρδιστος lucrosissimus.

Ex Pronominibus: ut αὐτὸς ipse, αὐτότατος.

Ex

Ex Adverbijs: ut ἄνω supra, ἀνώτερος superior, ἀνώτατος supremus.

Ex Præpositionibus: ut πρὸ ante, πρότερος prior, πρότατος *&* πρῶτος primus.

Ex Participijs: ut ἐῤῥωμένος, robustus, ἐῤῥωμενέστερος, ἐῤῥωμενέστατος.

Annotationes ad Verbum activum.

In Imperfecto Indicativi.

Verba quæ incipiunt à ρ, *post* ε *reduplicāt* ρ: *ut* ῥίπτω iacio, ἐῤῥίπτον, ἔῤῥιψα.

Quatuor seruant in Imperfecto, & in reliquis Temporibus præteritis, α *Præsentis*:

ἄω spiro, ἆον: ἀΐω audio ἄϊον.

ἀηθέσσω insuetus sum, ἀήθεσσον.

ἀηδίζομαι tædio afficior, ἀηδιζόμην.

Quædam pro η *habent* ει: *ut*

ἔχω habeo, εἶχον: ἔπω dico, εἶπον.

ἕλω capio εἷλον: ἕλκω traho εἷλκον.

Εορτάζω ferior, *habet* ἑώρταζον.

Præpositio πρὸ, *sæpe contrahitur: ut* προὔδωκας *pro* προέδωκας, tradidisti.

Verba, quorum significationem præpositio non variat, mutantur in principio: ut

καθίζω sedeo, ἐκάθιζον.

καθ-

καθεύδω dormio, ἐκάθευδον.

Nonnulla mutantur in principio et in medio: ut ἐνοχλέω turbo, ἠνώχλεον.

Composita ex δυσ *&* εὐ, *sequente Vocali, mutantur in medio: ut*

δυσαρεστέω displiceo, δυσηρέστεον.

Sequente Consonante, mutantur in principio: ut δυστυχέω infelix sum, ἐδυστύχεον.

Composita ex Præpositionibus, mutantur in principio, si eorum simplicia aut rarò, aut nunquam sint in usu; ut

ἀμφισβητέω dubito, ἠμφισβήτεον.

Interdum mutantur in medio: ut

ἀπολαύω fruor, ἀπέλαυον.

In Futuro I.

Hæc tria Verba non retinent literam, aut spiritum Præsentis: τρέφω nutrio, θρέψω. τρέχω curro, θρέξω: ἔχω habeo, ἕξω.

Verba in λω, μω, νω, ρω, *corripiunt penultimam Futuri I. abjiciendo vel secundam cõsonantem, vel secundam vocalem ex diphthongo Præsentis; ut in exemplis* ψάλλω, σπείρω *&c. pag. 36. allatis.*

Si penultima Præsentis fuerit una ex ancipiti-

bus ι, υ, in Præſenti erit longa, in Futuro, brevis: ut

κρίνω	iudico,	κρινῶ.
μολύνω	fœdo,	μολυνῶ.

In Futuro II.

Hæc habent β: κρύπτω abſcondo, κρυβῶ.

καλύπτω	tego,	καλυβῶ.
βλάπτω	noceo,	βλαβῶ.

Hæc habent φ:

βάπτω	tingo,	βαφῶ.
θάπτω	ſepelio,	ταφῶ.
σκάπτω	fodio,	σκαφῶ.
ῥάπτω	ſuo,	ῥαφῶ.

In Aoriſto I.

Hæc Verba excipiuntur.

ἔπω	dico,	εἶπα.
ἐνέγκω	fero,	ἤνεγκα.
τίθημι	pono,	ἔθηκα.
δίδωμι	do,	ἔδωκα.
ἵημι	mitto,	ἧκα.
χέω	fundo,	ἔχεα.
καίω	uro,	ἔκηα.
σεύω	moueo,	ἔσευα.
ἀλεύω	vito,	ἤλευα.

In

In Præterito perfecto.

Verba quæ incipiũt à Muta & Liquida, reduplicant Mutam: ut βλάπτω, βέβλαφα: γράφω γέγραφα:	Mutæ	Liquidæ
	π κ τ.	λ μ ν ρ.
	β γ δ.	
	φ χ θ.	

διαγλύφω, insculpo, διαγέγλυφα.

Excipiuntur Verba inchoata à γν, *et* γρ: *ut*

γνωρίζω notum facio, ἐγνώρικα.

γρηγορέω vigilo, ἐγρηγόρηκα.

Etiam Verba inchoata à κτ, πτ, *&* μν, *reduplicant primam: ut*

κτάομαι possideo, κέκτημαι.

πτόω cado, πέπτωκα.

μνάομαι memini, μέμνημαι.

Tamen κτείνω occido, *habet* ἔκτακα.

κτίζω creo, ἔκτικα.

Dissyllaba in λω, μω, νω, ρω, ε *Futuri mutant in* α: *ut* στέλλω mitto, στελῶ ἔσταλκα: *adeòque in his Verbis Perfectum formari etiam potest à Futuro II. in quo* ε *mutatur in* α, *ut innuimus pag.* 39. *cùm ex* σπαρῶ *deduximus* ἔσπαρκα.

Interdum ν *mutatur in* γ: *ut*

φαίνω appareo, φανῶ πέφαγκα.

De Aoriſto Aeolico in Optativo.

Vſitatiſſimus eſt apud omnes Scriptores hic Aoriſtus, & vocatur Aeolicus: *quia proprius eſt Aeolum, de quibus in Dialectis. Ita verò ſe habet.*

S. τύψεια τύψειας τύψειε.
P. τυψείαμεν τυψείατε τύψειαν.

Annotationes ad Verbum Medium.

In Præſenti Indicativi.

Βούλομαι volo, & οἴομαι puto, *in ſecunda perſona ſing. habent* βούλει, & οἴει.

Nonnulla eadem perſonam habent in σαι: *ut* καυχάομαι glorior, καυχάεσαι, & χᾶσαι

In Futuro I.

Ὄψομαι videbo, *habet* ὄψει videbis, *pro* ὄψῃ

In Futuro II.

Tria hæc non circumflectuntur,

ἔδομαι φάγομαι, edam, πίομαι bibam, *pro* ἐδοῦμαι, φαγοῦμαι, πιοῦμαι.

In Præterito perfecto.

Diphthongus αι *Præſentis, mutatur in* η: *ut*

φαίνω πέφηνα, apparui.
δαίω δέδηα, diviſi.
καίω κέκηα, combuſſi.

Anno-

Annotationes ad Verbum passivum.

In Perfecto Indicativi.

Ex Perfecto activo in φκα fit passivum in μμαι, hoc pacto.

τέφαφκα, τέφαμμαι τέφαυσαι τέφαπται.

Nonnulla mutant ε Præsentis in α: ut

στρέφω verto, ἔστρεφα, ἔστραμμαι.

Quænam verò ex activis in κα habeant σμαι, & quæ μαι,(ut pag.46.)usu potius discitur quàm regulis. Notandum, quòd ηκα, & ωκα habent μαι: ut

ἤρηκα, ἤρημαι &c. *Vide pag. 46.*

δεδήλωκα, δεδήλωμαι δεδήλωσαι &c.

à δηλόω declaro:

In Aoristo I.

Aufertur interdum σ secundæ personæ plur. unde formatur hoc Tempus: ut

ἐσώθην salvatus sum, *à* σέσωσθε.

ἐφιλήθην amatus sum, *à* πεφίλησθε.

In nonnullis mutatur etiam penultima: ut

εὑρέθην inventus sum, *ab* εὕρησθε.

De paulò post Futuro.

Græci utuntur interdum hoc Tempore, cùm aliquid mox futurum exprimunt: ut mox

verberabor; *illudq. formant à secunda singul. Perfecti passivi* τέτυψαι *hoc pacto.*

S. τετύψομαι τετύψῃ τετύψεται.
P. τετυψόμεθα τετύψεσθε τετύψονται.

& ubiq. coniugatur ut Futurum I. & II.

In Verbis contractis, *notandum, quòd disyllaba in* έω *non contrahuntur: ut*

ῥέω fluo, πνέω spiro.

Annotat. omnibus Verbis communes.

Ea, quæ breviter innuimus pag. 39. de reliquorum Modorum Temporibus, hic fusiùs explicamus.

Omnia Verba, extra Indicativum activum, medium, & passivum, amittunt ε, *quod addiderant: ut*

ἔτυπτον τύπτε τύπτοιμι τύπτειν τύπτων.
ἐλεξάμην λέξαι λεξαίμην λέξασθαι.

Iterumque mutant η ω ῃ ηυ ῳ *in* α ε ο αι αυ οι: *ut*

ἤρεσα ἄρεσον ἀρέσαιμι ἀρέσας.
ἤλπισα ἔλπισον ἐλπίσαιμι ἐλπίσαι.
ὤξυνον ὄξυνε ὀξύνοιμι ὀξυνών.
ᾑρησάμην αἵρησαι αἱρησαίμην.
ᾠκήθην οἰκηθείην οἰκηθῆναι &c.

Ex

Excipitur Perfectum, quod in quolibet Modo retinet tàm ε, quàm consonantem reduplicatam ante ε: ut

λέλεχα: λέλεχε, λελέχοιμι, λελεχέναι:

Itemque Paulò post futurum: ut

τετύψομαι τετυψοίμην:

τετύψεσθαι τετυψόμενος.

Porrò singula reliquorum Modorum Tempora à cognatis Indicativi Temporibus formantur, Præsens nimirum à Præsenti, Futura à Futuris, Aoristi ab Aoristis, Perfectum à Perfecto: quaproptèr in Tabulis post unum Indicativi Tempus, cætera, quæ ex ipso originem ducunt, successivè ponuntur.

Præterea non omnia Verba habent activã significationem, ac mediam, ut etiam pag. 43 dictũ est. Quædam sunt tantum media, eorumque Tempora formantur ab activo, quò non carere fingendum est. Ita, exempli gratia, ἕπομαι sequor, *venit ab* ἕπω, *unde fit Futurum* 1. *medium* ἕψομαι *&c.*

Passivum sæpe habet significationem activam: ut διελέχθην disserui.

De

De Numero Duali Verborum.

Numerus dualis easdem habet formationis regulas, ac singularis, & pluralis; eiusque terminatio in quolibet Verbo est per τον, των, την, θον, θων, σθον, σθων, σθην: adeoq. à reliquis facillimè discernitur.

In Activo, caret prima persona: secundam semper habet in τον: tertiam, vel in τον, si nimirum tertia pluralis exit in σι: vel in την, si aliter, ac in σι: ut

τύπτετον τύπτετον: τετύφατον τετύφατον.
τύψαιτον τυψαίτην: τυποῖτον τυποίτην.

Sed in Imperativo tertia exit in των.

In Medio, Perfectum & Plusquamp. habent Dualem ut in Activo: reliqua verò Tempora primam habent in θον: secundā in σθον: tertiam, vel in σθον, si nimirū tertia pluralis exit in αι: vel in σθην, si aliter ac in αι: ut τυπτόμεθον τύπτεσθον εσθον.

ἐτυπτόμεθον ἐτύπτεσθον ἐτυπτέσθην.
τυψοίμεθον τύψοισθον τυψοίσθην.

Sed in Imperativo tertia exit in σθων.

Idem fit in Passivo: ut

τετύμμεθον τέτυφθον τέτυφθον.

τυπτοίμεθον τύπτοισθον τυπτοίσθην.

Sed Aoristus I. & II. habēt dualem sicut in Activo: ut ἐτύφθητον ἐτυφθήτην. τύφθητον τυφθήτων: τυπῆτον τυπήτων.

De recta Accentuum collocatione.

Diximus pag. 4. nullam habendam esse rationem Accentus; quippe qui, si more Græcorum recentiorum efferatur, syllabarum quantitatem, adeoq. præcipuum Poesis ornamentum funditùs evertit: cùm præterea Veteres vel nullum notaverint Accentum, ut ex antiquis Inscriptionibus ac Nomismatibus patet; vel ita pronūciaverint, ut syllabas breves non producerēt, longas non corriperēt: quod necesse est faciant, qui τοῖς νῦν Græcis assentiri volunt; de qua re integram meditamur Dissertationem.

Quia verò usus locādi super dictiones Accentum apud omnes invaluit, cogimur rectam eiusdem collocationem aliquibus præceptis explanare.

In inflectendis Nominibus, ac Verbis, id accidit, ut Accentus ab uno in alium Ac-

cen-

centum, ab una in aliam ſyllabàm tranſferatur; cuius mutationis hanc brevé, facilemque methodum excogitavimus.

Accentus, ut diximus, triplex eſt: Acutus, Gravis, & Circumflexus.

Gravis manet ſolùm in ultima ſyllaba.

Circumflexus, in ultima, & penultima.

Acutus, in ultima, penultima, & antepenultima; nam ultra tertiam ab ultima ſyllabam Accentus progredi non poteſt.

Accentus in Adverbijs, alijsque Particulis indeclinabilibus, nunquam mutatur.

Accentus in Verbis, mutatur ut in τύπτω, & τύπτομαι: exempli gratia

τύπτομαι λέγομαι: ἔτυψα ἔλεξα:
τετυφώς λελεχώς: τυφθῆναι λεχθῆναι.

Accentus in Nominibus, ita mutatur.

Indagandus eſt in Lexicis Accentus Nominativi ſingularis, qui ſi fuerit Gravis, aut Acutus in ultima, mutatur in Accentum Articuli, retenta eadem ſede: ut

ἡ τιμή τῆς τιμῆς τῇ τιμῇ τὴν τιμὴν &c.
ὁ καρπός τοῦ καρποῦ τῷ καρπῷ τὸν καρπόν.

Si fuerit Acutus in penultima, non mutatur:

tur: ut ὁ λόγος τοῦ λόγου τὸν λόγον &c.

Si Circumflexus in penultima, transit in Acutum, quoties ultima fit longa: ut ἡ μοῦσα τῆς μούσης τῇ μούσῃ τὴν μοῦσαν.

Si Acutus in antepenultima, trāsit ad penultimam, quoties ultima fit longa: ut ὁ ἄνθρωπος *homo*, τοῦ ἀνθρώπου τῷ ἀνθρώπῳ τὸν ἄνθρωπον ὦ ἄνθρωπε τοῖς ἀνθρώποις.

At in III. Declinatione investigandus est Accentus Genitivi sing. propter Incrementum, quod Accentum mutat: ut ὁ βασιλεύς τοῦ βασιλέως: ubi Acutus, quia, sicut in λόγος, occupat penultimam, non mutatur: τῷ βασιλεῖ οἱ βασιλέες.

In σωτὴρ verò, Genitivus est σωτῆρος cum Circumflexo; qui propterea, sicut in μοῦσα, transit in Acutum, si ultima in obliquis evadit longa: ut τοῖν σωτήροιν τῶν σωτήρων τοῖς σωτῆρσι &c.

Excipiūtur Nomina I. Declinationis, quæ Genitivum plur. fere semper habēt in ῶν cum Circūflexo: ut ἡ πλάνη τῶν πλανῶν.

Nonnullas alias, licet parvi momenti, exceptiones Vsus docebit.

In

In Nominibus, ac Verbis contractis.

Acutus, cùm occupat ſyllabam, in qua fit contractio, mutatur in Circumflexum: ut τῶν τειχέων τειχῶν: φιλέω φιλῶ. τιμαώμεθα τιμώμεθα: δηλόεσθε δηλοῦσθε.

Interdum remanet in penultima, quando nimirum ultima eſt longa: ut φιλεέσθω φιλείσθω: δηλοοίμην δηλοίμην.

Cùm verò occupat ſyllabam, in qua non fit contractio, non mutatur: ut τοῦ τέλεος τέλους: ἐτίμαον ἐτίμων.

Hactenus de Nominibus, ac Verbis.

Superſunt Syntaxis, Notæ numerales, Dictiones encliticæ, Dialecti, Quãtitas ſyllabarum, aliaque, ad perfectam Linguæ Græcæ intelligentiam maximè neceſſaria; de quibus in tertia Parte noſtræ Manuductionis breviter ac dilucidè, pro viribus, agemus.

ΣΥΝ ΤΩ ΘΕΩ



